membr., primum dimidium saec. XIV., ff. 152, 16 × 11 cm, involucrum antiquum simplex: opercula e corio rubro confecta.

Operculis intus agglutinata sunt fragmenta hymnarii alterius dimidii saec. XIII. cum notis musicis („Venite exultemus...").

In operculo superiori intus: „Mgri Stanislai.

1^a^—151^a^ **Sermones de sanctis.**

„Suspendium elegit anima mea... Vulgariter dicitur, quod bien uoit et mal puent a boen droit se reprent..." × „distribuendo cuique, quod suum est...

151^b^—152^a^ Registrum.

978 *F. CXIII./1*

chart., primum dimidium saec. XV., ff. 364, 14·7 × 10·8 cm, involucrum antiquum simplex: opercula lignea corio fulvo inducta.

In folio operculo superiori adglutinato et in f. 1^a^ auctoritates biblicae de invocatione et oratione, de vidua bona, de avaritia e. a.

1^b^ Sermo de dedicatione cum glossis bohemicis. Hodie ecclesia sancta et specialiter parochiani huius ecclesie celebrant et recolunt dedicationem..."

2^a^ in marg. sup.: „Animadvertendum est, má znamenáno býti". — „Notandum, quod instruxit Johannes omnes homines..."

2^b^—3^a^ in marg. notae bohemicae: „Ktoz rad v peczi bywa, ten gineho ozehem dobywa..." Cfr. Flajšhans, Věstník Čes. Akademie XIII. (1904), 56.

2^b^—10^a^ Registrum; in fine: „Explicit Registrum super opus istud Jacobi de Jempnicz."

10^b^—13^b^ Varia notata latino-bohemica („Luciper — superbia — pokora"; „Virtutes: wiera..."; „Opera misericordie corporalia: Nawstiewiti nemoc-

neho . . ."; „Spiritualia opera misericordie. Učiti zakon bozi . . ."; „Quinque sensus: Slyssenie . . ."; „Sedm darow ducha swateho: Bazen . . ."; „Septem etates mundi . . ."; „Confessio. Gregorius. Confessio corpus mundat . . ."; Seznam pobožností zádušních: „Za panye Hanzowu Rostowu dussi . . ."; „Minister Christi cognoscitur per multa . . ."; „Czo ten dobytek czelu nocz rzwe . . ."; „Exemplum de corea. Kdyz woda stawena protrhne . . ."; „Corea. Et in bohemico interpretatur tanecz . . ."

14ª—289ᵇ **Sermones de tempore.** „Sermo Johannis 15. Cum venerit Paraclitus . . ."

Na okrajích i v textu česká slova a celé odstavce.

289ᵇ „Consensus Magistri Rokycane cum sacerdotibus et magistris pragensibus de venerabili sacramento eucaristie. Credendum est, quod in divinissimo altaris sacramento . . ." — „Taboritarum confessio de sacramento eucaristie . . ."

290ª—292ª Confessio fidei. „Inprimis tenemus et credimus, ad quod singulos christianos adhortamur . . ." × „volumus contentari."

292ª—296ª Taboritarum articuli. „Quia nuper ex causa Deo cognita magistri et sacerdotes Antiquae civitatis pragensis . . ." × „ut similiter faciat cum effectu."

296ª—302ª [Artikulové táborští.] „Ze przedsym z priczini, kteruz buoh zna . . ." × „aby teez ucinili wskutku."

302ª—303ᵇ [Auctoritates variae.] „Tria legittima coniugia in scripturis leguntur . . ."

304ª—351ᵇ **Sermones dominicales.** „Dominica 19. Mt. 22⁰. Simile est regnum coelorum . . . Istud ewangelium in tres partes dividitur . . ."

V textu česká slova a celé kusy.

352ª—354ª **Coreae expositio.** „Coree exposicio secundum Augustinum Tanec jest okršlek . . ." × „vystřiehati tancov. Amen." Ed. Flajšhans, Věstník Čes. Akademie XIII. (1909), 68—70.

354ª—355ª variae notae et auctoritates.

355ᵇ—363ᵇ Sermones. „Sermo Mt. 6. Nemo potest duobus dominis servire . . ."

364ª—364ᵇ variae auctoritates.

979 *F. CXIII/2*

chart., saec. XVII., ff. 79, 15·3 × 10 cm, involucrum antiq. cum impressis ornamentis.

1ª—78ª **Observata ex concionibus.** „Die Circumcisionis Dominicae . . ." × „conservabit omnipotens Deus."

79ª—79ᵇ Concio funebris de milite Boëmo [bohemice]. „Dvojí je statečnost . . ."

980 *F. CXIV.*

chart., primum dimidium saec. XV., ff. 347, 15·5 × 10·5 cm, involucrum antiquum, fibulis ornatum.

In operculo superiori intrinsecus: Oratio dominica, Salutatio b. Virg., Symbolum apostolorum boëmice (Otcze nass . . . Zdrawa Maria . . . Wierzym v boha . . .).
Operculis alligata fragmenta membr. scripti cuiusdam theologici saec. XIV.

Sermones de tempore. [Initium deest] . . . „Nondum adhuc. Quod abscondit se Dominus . . ." 1^b Dominica in Sexagesima . . .
Po stranách a mezi řádky české glossy, v textu české věty.

Inter fol. 127 et 128 fragmentum epistolae bohemicae, supscriptae: „Jan Pecha z Lozecz, purg. na Lyticzich."
In operculo inf. intrinsecus „Praecepta decem Domini" bohemice.

981 F. CXV.

membr., primum dimidium saec. XIV., ff. 215, 15 × 10·5 cm, involucrum antiquum simplex.

1^a—72^b **Conradi de Saxonia Sermones de tempore.** „Dominica prima in adventu Domini. Emitte manum tuam de alto etc. Ecce karissimi, sicut naufragi . . ." × „Circumdederunt me aque usque ad animam meam. Mare est . . ." [finis deest].
73^a—140^a **Tractatus moralis de oculo.** „Si diligenter voluerimus in lege Domini meditare . . ." × „et illic reguntur. Ad illud regnum nos perducat, qui sine fine vivit et regnat Amen."
141^a—211^b **Floriger juris ordine alphabeti.** „Abbas potest . . . monacho aliqua retinere . . ." × „quere votum."
212^a—214^a registrum.
214^b—215^b Variae notae.

982 F CXVI.

chart., saec. XV. exeunt., ff. 188, 16 × 10·3 cm, involucrum antiquum, confectum ex fragmento membr. vocabularii etymologici latini saec. XIV.

1^a in marg. inf.: „Secunda pars Sermonum Rokycanae."

Rokycanae Sermonum pars II. 1^a „. . . a festivitatibus. Quia melior est finis oracionis quam principium . . . 1^b In die s. Joannis Baptiste . . ." × 188^b „peccata fugiunt et fidem confitentur."
V kontextu české části.
86^a—99^b „In die gloriosorum martyrum magistri Johannis Hus, magistri Jeronymi et aliorum Boemorum sanctorum . . ." Edidit Dr. K. Höfler, „Geschichtschreiber der husitischen Bewegung in Böhmen" II., 836—839; idem edidit ibidem 839—843 etiam excerpta ex aliis sermonibus huius codicis.

983 F CXVII.

chart., alterum dimidium saec. XV., ff. 357, 15 × 10·7 cm, involucrum antiquum simplex.

In operculo sup. intrinsecus varia notabilia.

In folio membr. praeligato, quod est fragmentum hymnarii saec. XIV. cum notis musicis („Repleti sunt omnes spiritu . . .), scriptum est: „Tercia pars de sanctis a festo Exaltacionis sancte crucis usque festum sancti Andree. Item in fine de dedicacione sermones utiles super epistolam et evangelium etc. Pro VI gr."

1ª—12ª Index alphabeticus variorum locorum Scripturae s. („A a a domine Deus, ecce nescio loqui . . ."

13ª—17ᵇ Sermo communis de virginibus. „Hodie sancta mater ecclesia celebrat festum . . ."

18ª—18ᵇ, 29ᵇ—30ᵇ Conspectus psalmorum officii divini. („In tercio nocturno . . .")

19ª—357ª **Sermones de sanctis.**

„In exaltacione sancte crucis. Hodie festum sancte crucis commemoramus . . ." × „Semper ergo diem extremum debemus metuere, quem nunquam possumus previdere."

25ª In passione s. Ludmilae („Multa sunt, que hominem impugnant . . ."); 31ª In die s. Ludmillae („Hodie recolimus vitam s. Ludmille . . .").

Místy české meziřádkové glossy.

984 *F. CXVIII.*

chart., primum dimidium saec. XV., ff. 318, 15 × 10·5 cm, involucrum antiquum simplex.

In superiori fronte libri: „Liber Pauli de Trebonia."

Sermones varii.

„De s. Thoma. Thomas erat unus de duodecim . . ."

V textu česká slova (16ᵇ).

985 *F. CXIX*

chart., primum dimidium saec. XVI., ff. 242, 14 × 7·7 cm, involucrum antiquum cum impressis ornamentis et laminis.

1ª in marg. inf.: „E bibliotheca G. Bartholdi Pontani a Braitenberg, praepositi Pragen."

Sermones de sanctis.

„Andree. Accessus de Hester 6, ubi ait rex Asuerus . . ." × „cum apostolis Cristum."

105ᵇ Procopi, 170ᵇ Ludmillae translatio, 182ª Venceslai super epistola.

986 *F. CXX*

chart., saec. XV. exeunt., ff. 360, 14·4 × 10·5 cm; involucrum antiquum simplex.

In operculo sup. intrinsecus excerptum manu Herttembergeri.

Sermones de diversis rebus.

„Sermo de nativitate Domini. Evangelizo vobis gaudium magnum . . ."

141ª De 12 admirandis fructibus ligni vite et de stupendis mysteriis sanctissimae crucis Christi. „Circa dominicam palmarum contemplemur . . .“

153ª—190ᵇ „[Contra] J. Hus de s. Petro etc. In nomine Domini nostri . . . Incipit sermo de s. Petro, collectus in Plzna contra hussitas . . .“

197ª—200ᵇ Regulae undecim de schismaticis. „Prima diffinitiva regula est ista . . .“

202ª „Quedam sunt bella iniusta . . .“

205ª „Utilitates pugnancium pro fide Christi . . .“

212ª „De cruce. Crux tam corporalis . . .“

228ª „Sermo s. B. de inflammantibus affectibus amoris. Fides, spes, caritas, tria hec . . . Urget charitas iterum . . .“

247ᵇ „Sermo de iustitia et regimine et de correccione s. Bernardini. Corripe inquietos . . . In ista epistola . . .“

256ᵇ „Dominica quarta post Pasca sermo s. Bernardini. De fide, de incredulitate. Cum venerit ille arguet mundum de peccato . . .“

265ª „De indulgenciis. Quodcumque ligaveris super terram . . . Duos fines ultimos . . .“

271ª „De laude divina et horis canonicis. Sepcies in die . . . Quamvis Dominus semper in omni tempore est laudandus . . .“

289ᵇ „De penis inferni. Calix in manu domini . . .“

300ª „Tractatus pulcher de inferno. De inferno plura sunt dicenda . . .“

326ª „De purgacione animarum. Dicemus hoc modo . . .“

338ᵇ „De chorea aliqua utilia. Videns Moyses choros iratus est valde . . .“

987 *F CXXI.*

membr., alterum dimidium saec. XIV., ff. 124, 13·5 × 11 cm, involucrum antiquum simplex.

In operculo super. intrinsecus: „Sermones isti continentur in primo: Sermo beati Francisci, de sancto Spiritu, de dedicatione X sermones, de novo sacerdote, de beata Virgine.

Sermones varii.

„[Initium deest] . . . ,De nativitate virginis vel de nativitate Christi. Novum faciet dominus super terram . . .“ × „Dic eciam aliquid de s. Christofero, quia eciam dies eius est. Require in passionali.“

5ª in marg. inf.: „liber magistri Johannis Herttemberger.“

79ᵇ „Incipiunt sermones communes de confessoribus. De sancto Procopio. Dilectus deo et hominibus . . . Comendatur iste sanctus . . .“

83ᵇ „De sancto Procopio. Dilectus Deo et hominibus . . . Si quis mihi ministraverit . . . Duo nota de sancto isto . . .“

In operculo inf. intrinsecus: „Repudium populo Moyses concessit hebreo |Sic modo concilium spem vitamque bohemo| ut plaga cessaret vim ferens ocasionis.“

988 *F. CXXII.*

membr., saec. XIV., ff. 161, 11·5 × 7·5 cm, involucrum antiquum simplex.

In operculo sup. intrinsecus: „pro XIX denariis."
1ª in marg. inf.: „M. Jo de Cubito."

1ª—107ᵇ **Sermones de domo animae.** „Sermo de arce domus anime preparacione. Diligenter exerce agrum tuum et post edifices domum tuam . . ." × „Jhesus Christus vere pacificus sit in secula benedictus. Explicit."

108ª—156ª **Sermones de quibusdam sanctis.** „Tota pulcra es . . . Hic ostenditur beata Lucia . . ." × [finis deest].
156ᵇ—161ᵇ Index exemplorum.

989 *F. CXXIII*

chart., alterum dimidium saec. XVII., ff. 542, 19·5 × 16 cm, involucrum antiquum simplex: opercula inducta fragmento missalis membr. saec. XIV.

Václava Františka Celestina Kázání.
In folio praeligato: „Tato kazaní jsou sepsána a činěna v hlavním kostele svatého Víta na Hradë Pražském a jinde ode mně, kněze Václava Františka Celestina, kanovníka hlav. kostela s. Víta. 1657."
1ª „Dominica Adventus . 1652 . . ."; 145ª „In festo Ascensionis Domini a. 1655"; 177ª „Feria 3. Pentecostes a. 1654"; 292ª „Pro festo s. Stephani. Apud s. Stephanum a. 1649; 319ª „hanc concionem feci et habui absente R. D. Concionatore Crusio in capella s. Wenceslai a. 1662 29. Julii; 337ª „Pro festo s. Adalberti. Facta a. 1649"; 465ª „Pro festo Assumpt. B. M. V. 1656."

Compluribus locis adnotationes historicae, v. g. 4ᵇ: „Anno Domini 1652 2. Decembris circa undecimam discessit Imperator cum Rege et cum omnibus Ratisbonam . . ."; 12ᵇ: „A. 1652 mense Decembri habui sessionem in comitiis." etc.

990 *G. I/1*

membr., alterum dimidium saec. XIV., ff. 19, 46 × 33 cm., involucrum antiquum simplex, e corio confectum.

In operculo super. extrinsecus sign. A. 23.
1ª in marg. super.: „A. 36. Liber historialium tocius biblie a fratre Johanne de Vtino editus in pergameno et coopertorio."

Fr. Johannis de Utino Compilatio librorum historialium totius bibliae.
1ª „Domino excellentissimo atque serenissimo regi Luthario. . . ."; 1ᵇ „Incipit prologus in compilacionem librorum ystorialium tocius biblie ab Adam usque ad Christum editum a fratre Iohanne de Vtino . . .
Transverse scripta, e. q. in f. 1ª quatuor col., in foliis sqq. binis col.; picturis et delineationibus ornata (cfr. P o d l a h a, Soupis. Knihovna kapitulní, str. 172, obr. 196; Topographie S. 182, Fig. 196).
19ª In tabula rom. pontificum ultimus Clemens 1341, in tabula imperatorum Henricus de Luczimburcha 1311.

991 *G I./2*

chart., alterum dimidium, saec. XIV., ff. 19, 41 × 29·5 cm, integumentum membr. antiquum simplex.

Fr. Johannis de Utino Compilatio librorum historialium totius bibliae. 1ª „Incipit prologus in compilacionem librorum ystorialium tocius biblie ab Adam usque ad Christum edita a fratre Johanne de Vtino, ordinis minorum dyoc. Aglegensis. Reverendissimo in Christo patri et domino domino Bertrando, Dei gracia sancte sedis Aquilengis patriarche . . ."

Transverse scripta binis col., picturis et delineacionibus ornata.

(Cfr. P o d l a h a, Soupis, Knihovna kapitulní, str. 173; Topographie S. 183.)

19ª in tabula pontificum et imperatorum ultimi iidem, qui in praecedenti opere.

In operculo inferiori extrinsecus: „In hoc libro continetur descriptio Genealogie domini nostri Jhesu Christi, incipiendo ab Adam usque ad virginem gloriosissimam matrem eiusdem Domini nostri, edita a fratre Joanne de Vtino ordinis minoris; qui quidem liber intitulatur linea consangwineitatis Jesu Christi."

992 *G. II*

membr., saec. XII., ff. 121, 37 × 27·7 cm, 2 col., involucrum antiquum simplex: opercula lignea nuda, dorsum e corio confectum.

In operculo super. extrinsecus adglutinata scheda cum inscriptione: „Item pars passionalis sanctorum . . . de antiqua littera"; intrinsecus in operculo scriptum: „A 58 Antiqua pars in vita s. patrum in pergameno sine coopertorio."

Passionale sanctorum. Initium et finis desunt; pag. 1ª abstersa.

1ᵇ in margine :„Ex Bibliotheca s. Metrop. Eccl. Prag."

Initiales litterae calamo delineatae.

993 *G III.*

membr., primum dimidium saec. XIV., ff. 255, 37·5 × 25·5 cm, 2 col., involucrum antiquum simplex.

In operculo super. extrinsecus adglutinata scheda cum inscriptione: „Primum volumen Speculum hystorial."

1ª in marg. sup.: „Ex Bibliotheca S. Metrop. Ecclesiae Prag. 1713."

Vincentii Bellovacensis Speculum historiale.

1ª—3ᵇ registrum.

4ª—255ᵇ „Incipit speculum hystorie fratris Vincencii. Apologia tocius operis. De causa suscepti operis et eius materia. Quoniam multitudo librorum . . ." × „machinis labefactis opifices diffugerunt. Explicit primum volumen speculi hystorialis."

Litterae initiales pictae; vide P o d l a h a, Soupis: Knihovna kapitulní str. 173, obr. 197, 198, 199; Topographie S. 183.

994 *G. IV/1*

membr., primum dimidium saec. XIV., ff. 36, 36 × 27·5 cm, involucrum antiquum simplex: opercula lignea nuda; dorsum e corio confectum.

In folio chart. operculo super. adglutinato titulus libri, signatura G 58, et registrum decimarum de Lipenic saec. XIV. (Nota familie de Lypenycz: primo Marzache XXVI gr. . . . Sum. II sexag. XLVII gr.")

1ª—33ᵇ **Martini Poloni Chronica.** „Incipit Cronica fratris Martini penitenciarii Domini pape et capellani. Quoniam scire tempora . . ." × „in Syciliam veniens est defunctus. Amen.

34ª „Notandum, quod post Nicolaum papam huius nominis tercium isti subscripti summi pontifices successerunt . . ." × „Anno Domini MCCCLXXVIII obiit papa Gregorius, post cuius decessum factum est magnum scisma in ecclesia, quod duravit annis . . ."

34ᵇ—35ᵇ vacant.

36ª „Notandum quod ab anno Domini Millesimo CCLXXVI isti subscripti principes fuerunt reges Romanorum . . ." × „Mille tercentenis octo post septuaginta annis . . . decessit magnificus Karolus . . ."

Cfr. Schulte, Canon. Handschriften. S. Nr. 75. CLXXVII.

995 *G. IV./2*

membr., primum dimidium saec. XIV., ff. 26, 33·5 × 22 cm, involucrum antiquum simplex: opercula lignea nuda cum dorso e corio confecto.

In operculo superiori extrinsecus: „Cathalogus summorum pontificum et imperatorum."

Operculis intus adglutinata fragmenta chart. cuiusdam synonimicae latinae saec. XIV. exeunt.

In operculo sup. intrinsecus: „Martiniana pa G 57."

1ª in marg. sup.: Ex Bibliotheca S. Metrop. Ecclae Pragensis."

Martini Poloni Chronica.

„Istud opusculum de summis pontificibus et de imperatoribus ex diversis cronicis et gestis per fratrem Martinum domini papae penitenciarium et cappellanum est compilatum. Quoniam scire tempora . . ." × „mire sanctitatis et devocionis viduam."

996 *G V.,*

membr., primum dimidium saec. XIV., ff. 197, 34·1 × 26·3 cm, involucrum antiquum simplex: opercula lignea, corio fulvo inducta, cum impressis lineis, bullis ornata.

Operculo super. intrinsecus adglutinatum antiquum „ex libris" capituli.

In folio praeligato: „Liber ex bibliotheca Capituli Metropol. Pragensis." — „Anno salutis fluente 1535 in die sancti Viti martiris acceptus est."

Folio verso: „B. XVI. Cronica Boemorum accurtata." — „Recuperata a me Georgio Bartholdo Pontano a Braitenberg, Metrop. Ecclesiae huius Pragen. praeposito a. 1597. Cum alias resciri non poterat, quo per varias vices devenissent."

Litterae initiales pictae; cfr. Podlaha, Soupis: Knihovna kapitolní str. 175—178, obr. 200—202; Topographie S. 184—186.

1ª in marg. super.: „Ex Bibliotheca MSta S. Metrop. Ecclae Prag. A. 1713"; in marg. inf.: „Hic liber inter clenodia S. M. E. Prag. conservatur."

1ª—8ᵇ **Johannis Canaparii Passio s. Adalberti.** „Incipit passio s. Adalberti martyris Christi. Est locus in partibus Germanie . . ."

8ᵇ—16ᵇ **Brunonis Passio s. Adalberti.** „Item de eodem. Nascitur purpureus flos . . ."

17ª—24ª **Versus de passione s. Adalberti.** „Incipiunt versus de passione s. Adalberti . . . Quatuor immensi iacet inter climata mundi . . ."

24ª—24ᵇ Versus post missam cum processit usque ad mensam regis. „Eia dulcisonas persolvite carminis odas . . ."

24ᵇ—36ᵇ **Christiani Vita et passio s. Wenceslai et sanctae Ludmillae.** „Incipit vita et passio sancti Wenceslai et sancte Ludmile ave eius. Domino et ter beato sancte ecclesie Dei . . ."

36ᵇ—43ᵇ **Gumpoldi Vita s. Wenceslai.** „Incipit prefacio. Item de eodem. Studiorum igitur genera multiformia . . ."

43ᵇ—46ª **Vita s. Wenceslai incipiens verbis „Crescente per orbem universum."** „Incipit vita seu passio de eodem sancto martyre Wenceslao . . . Crescente per orbem universum . . ."

46ª—47ᵇ **Vita s. Wenceslai incipiens verbis „Crescente fide christiana."** „Crescente fide christiana in diebus illis . . ."

48ª—105ª **Cosmae Chronicon Bohemorum.** „Incipit prologus ad Severum prepositum. Domino Severo . . ." × „intronisatum fuisse. MCXXV."

105ᵇ—148ª **Cosmae continuatores** „Anno Domini Mill. CCLVI. dominus Conradus . . ." — „Anno Dominice incarnacionis Mill. CXXVI Sobieslaus dictus . . ." × „infra quorum tempora subputavi. Cronica finitur, qui mortuus est sepelitur".

148ª—148ᵇ [alia manu posteriori] Series episcoporum Pragensium usque ad Arnestum primum archiepiscopum.

149ª—149ᵇ vacua.

150ª—185ᵇ **Chronicon Francisci.** „Anno Domini LXXX floruit s. Dionisius Areopagita . . ." × „Explicit tercius liber secunde partis Cronice Pragen. scriptus ad venerabilem in Christo patrem dominum Johannem episcopum Pragensem memoratum, qui finitur anno Domini MCCCXLII et continetur in se gesta X annorum."

185ª—185ᵇ [manu saec. XVII. exeuntis scripta]. Memorabilia quaedam de archiepiscopis Pragensibus necnon de capitulo metropolitano jura sua contra archiepiscopos defendente 1667—1674.

186ª—198ᵇ vacua.

Cfr. Scriptores rerum Bohemicarum I., XVIII—XXI; Pekař, Die Wenzels- und Ludmila-Legenden 79.

997 *G VI.*

membr., alterum dimidium saec. XIV., ff. 164, 33 × 21 cm, involucrum novum simplex.

1ª in marg. sup.: Scolastica historia A 43. Item tenor bulle concilii basilien. Item exposicio de karemis quadragenis."

Petri Comestoris Historia scholastica.
1ª—4ᵇ Registrum.
4ᵇ „Epytaphium Petri Comestoris . . ." — „Reverendo patri et domino suo Guilielmo Dei gracia senonensi archiepiscopo Petrus servus Christi . . ."

5ª—163ᵇ „Incipit ystoria scolastica prefacio. Imperatorie maiestatis est . . ." × „in loco magis honorabili, i. e. in cathacumbis."

52ª in margine: „Contrarium fecit Boczko de Kunstat, qui decimas ecclesie Saczensi debitas personis et ecclesiis distribuit aliis."
Glossae bohemicae in marg. 60ᵇ, 154ª.
164ª nota bohemica.
165ᵇ „Exposicio karenarum. Karena est 1. ferias sextas ieiunare . . ." — „Decretum Basileense. Sacrosancta sinodus . . ."

165ᵇ in marg. sup.: „Iste liber est fratris Jacobini de Albariis ordinis predicatorum." — „Iste liber est Welislay canonici pragen. de Bohemia emptus ab ipso fratre Jacobo Bononie."

998 *G. VII.*

membr., 1384, ff. 79, 33·4 × 25 cm, involucrum antiquum simplex: opercula lignea corio subviridi inducta, cum fibulis.

In folio praeligato: „Ex Bibliotheca Ecclae Metropol."
1ª in marg.: „G 54."

Aurelii Cassiodori Variarum epistolarum libri XII. „Magnus Aurelius Cassiodorus, senator incliti principis domini Theodríci, regis Gothorum cancellarii incipit. Cum disertorum graciam . . ." × „Magni Aurelii Cassiodori, senatoris viri clarissimi et illustris . . . variarum formarum . . . liber explicit. Finitus anno Domini MºCCCLXXXIIII, die XIIII. Maii."

58ᵇ in fine textus: „day to buoh y wſſychny ſwyety."

999 *G. VIII.*

chart., saec. XV., pag. 368, 32 × 22 cm, involucrum antiquum, corio inductum, cum impressis ornamentis necnon cum laminis et fibulis.

M. Pavla Spravovna. „Počínají se kniehy: Jiří Spravovna řečené . . ." × „nad jiné kronikáře složené. Deo gracias."

Vydal Dr. Zd. V. Tobolka, „M. Pavla Židka Spravovna" v „Historickém archivu Čes. Akademie" čís. 33. (v Praze 1908).

1000 G. IX.

chart., alterum dimidium saec. XVII., ff. 156, 31·7 × 19·5 cm, involucrum antiquum simplex.

In operculo superiori intrinsecus adglutinatum vetus „ex libris" metrop. capituli cum imagine s. Wenceslai et inscriptione: „Secretum semper fidel. capituli metrop. eccl. Prag."

1ᵃ—28ᵇ **Bohuslai Balbini: Vita s. Ioannis Nepomuceni.** „Illustrissimis, reverendissimis, perillustribus et amplissimis Dominis, Dominis praeposito et decano, totique adeo venerabili capitulo Sanctae Metropolitanae Ecclesiae Pragensis, Dominis suis omni obsequio colendissimis hanc Vitam B. Joannis Nepomuceni, confessoris et martyris ex eorum collegio in coelum translati, olim Fratris offert D. D. Dque Bohuslaus Balbinus Soc. Jesu sacerdos, deditissimus et paratissimus servus a. 1671 20. Februarii." [Manu Thomae Pešina adscriptum:] „Ex Libris MS. Czechorodianis."

Typis edita 1680 in „Acta Sanctorum" Maii III., 668—677 1708 Pragae; denuo a. 1725 sumptibus Joannis Andreae Pfeffel Augustae Vind.

29ᵃ—32ᵇ Summarium Contractus salis.

33ᵃ—119ᵃ Status ecclesiastici in Moravia ad Ferdinandum II. pro restitutione sui in pristinum dignitatis suae statum supplicatio.

120ᵃ—130ᵇ „Disertatio historico-politica, in qua de titulo principis, quo archiepiscopi Pragenses, a tot retroactis saeculis, gaudent, et universim de titulis Bohemicae Nobilitatis, quatenus ea ad Sacrum Romanum imperium revocatur, breviter et fundamentaliter disseritur" × „Tuus Reverendissime et Celsissime Princeps vetus servus et cliens Bohuslaus Balbinus Soc. Jesu sacerdos."

In marg. f. 120ᵇ adnotatio polemica manu Thomae Pešina scripta.

132ᵃ—136ᵇ „De titulo Regiae Capellae Bohemiae comitis, quo Celsissimi et Reverendissimi Principes Olomucenses Episcopi insigniuntur. Dissertatio historico-politica." [Manu Thomae Pešina adscriptum:] „Authore P. Bohuslao Balbino Soc. Jesu."

138ᵃ—139ᵇ Legati gallici Grenovilli valedictio ad nobilitatem Austriacam Viennensem anno 1671 [in versibus].

140ᵃ—144ᵇ Petri comitis a Zryni literae ad caesarem.

145ᵃ—156ᵃ Contractus salis.

1001 G. X.

membr., saec. XIII. exeunt. vel XIV. ineunt., ff. 79, 31·7 × 20 cm, involucrum antiquum simplex: opercula lignea nuda cum dorso e corio confecto.

In operculo super. extrinsecus adglutinata est scheda cum sign. G 2.

In folio praeligato: „Epistole Magistri Petri de Vineis pro imperatore Friderico contra papam et cardinales. N. 4." — „Summa magistri Petri de Vineis elegantissimi dictatoris cancellarie domini Friderici imperatoris excellentissimi."

1ª—79ª **M. Petri de Vineis Summa.** „Incipiunt dictamina magistri Petri de Vineis querimonie facte nomine Imperatoris contra dominum papam et cardinales. Collegerunt pontifices et pharisei consilium . . ." × „sigillo munitum. Expliciunt dictamina Magistri Petri de Vineis excellentissimi dictatoris. Deo gratias."

79ª „Nobilibus civibus urbis egregie Messon. sub Francie principe . . ." × „fugiatis miseriam in futuro."

Cfr. Schulte, „Die canonistischen Handschriften", S. 75—76, Nr. CLXXVIII.

1002 G XI.

membr., primum dimidium saec. XIV., ff. 125, 31 × 21 cm, involucrum antiquum cum impressis ornamentis et cum fibulis.

In operculo superiori intrinsecus: „Liber magistri Johannis Herttemberger de Cubito".

Petri Comestoris Historia scholastica. „Hec est epistola. Reverendo patri et domino Willhelmo Dei gracia senonensi archiepiscopo . . ." × „in loco magis honorabili s. in cathacumbis. Finis. Explicit liber hystoriarum."

1003 G. XII.

membr., 1387, ff. 119, 31 × 22·8 cm, involucrum antiquum cum impressis ornamentis et cum fibulis.

In folio praeligato: „M. Johannis Herttemberger de Cubito".
1ª in marg. super.: „Ex Bibliotheca MS. Capituli Metropol. Pragensis 1671."

Fr. Michaelis Carthus. De regimine principum libri IV. „Cum sit beati Jeronimi sentencia . . ." × Collectus est liber ille per fratrem Michahelem vicarium domus orti Beate Marie prope Pragam ordinis carthus. illustri principi domino Roperto iuniori duci Bavarie anno Domini millesimo trecentesimo LXXXVII°. Sis pia palmatrix, scriptoris auxiliatrix, ut possit capere sensus dogmata queque. O scriptor cessa, beata Maria est tibi fessa."

Cfr. Schulte, „Die canonistischen Handschriften", S. 76, Nr. CLXXIX.

1004 G. XIII.

chart., alterum dimidium saec. XIV., ff. 75, 31 × 23 cm, involucrum antiquum simplex.

In operculo sup. intrinsecus: „Historia abbreviata biblie, de vitis patrum et plura exempla."

1ª „Queritur, utrum maleficos occidere sit mortale peccatum, an non . . ."
1ª—1ᵇ auctoritates patrum.
2ª—2ᵇ [De sacrificio missae.] „Inter omnia Christi misteria . . ."

3^{a}—26^{a} **Historia abbreviata bibliae.** „Incipiunt Hystorie abreviate. De peccato Ade. Gen. 1. Adam unico facto suo multa peccata commisit . . .“ × „sub eodem principe crucifixus. Expliciunt historie abreviate.“

26^{a}—26^{b} Registrum.

27^{a} vacat.

27^{b}—56^{b} **Vitae patrum.** „Benedictus dominus, qui vult omnes homines salvos fieri . . .“ 28^{a} „Domino venerabili patri Martino . . .“ × „mereretur eorum sepulturam.“

56^{b}—58^{b} Exempla. „De operibus misericordie faciendis . . .“

60^{a}—65^{b} **[Expositio missae.]**

„Incipit inceptum de libris sacramentorum. Tria sunt precipue, in quibus lex divina consistit . . .“

65^{b} De confessione, De septem mortalibus peccatis, De anima dampnata, De sancto Andrea miraculum.

66^{a} De presbiterorum ordine. De passione Domini. 66^{b} In Cena Domini. De jejunio sermo.

67^{a} Miraculum sancte Marie.

67^{b} De resureccione Domini sermo. De sancto Georgio.

68^{a}—75^{b} Variae notae theologicae et exempla. „Assit principio sancta Maria meo. Sex sunt, que levem penitenciam faciunt . . .“ „Duodecim sunt porte misericordie Dei . . . 68^{b} De gaudiis celorum. 69^{b} De valore confessionis. De confessione. 70^{b} De sapiencia mundi. 72^{a} De passione. 73^{b} Cause de festo sanctorum.

1005 *G XIV.*

membr., saec. XIV., ff. 220, 31·1 × 22·8 cm, involucrum antiquum simplex corio rubro inductum et insuper integumento e corio confecto coopertum.

In operculo superiori intrinsecus: „Liber capelle Omnium Sanctorum in Castro pragensi“. — „Scolastica historia A. 45.“

Petri Comestoris Historia scholastica.

1^{a}—3^{a} Registrum.

3^{b}—5^{b} vacant.

6^{a}—220^{a} Incipit epistola loco prologi. Reverendo patri et domino suo Gwillelmo . . . × „in loco magis honorabili, scilicet in kathacumbis.“

Litterae initiales pictae; cfr. Podlaha, Soupis: Knihovna kapitulní 178—179, obr. 203; Topographie 186—189, Fig. 203.

1006 *G. XV.*

chart., saec. XV., ff. 123, 31 × 21 cm, involucrum antiquum simplex.

In fragmento membr. operculo superiori adligato: „Liber magistri Johannis de Cubito emptus sex alb. gross s.“

[Rufinus] Historia ecclesiastica [Eusebii].

„Liber primus Ecclesiastice hystorie. Peritorum dicunt esse medicorum . . .“ × „premia meritorum, pro quo sit Dominus benedictus Amen.“

1007 *G. XVI.*

chart., saec. XV. exeunt., ff. 280, 31 × 21 cm, involucrum antiquum simplex.

Operculis adligata fragmenta saec. XIV. cuiusdam poematis latini: („Ecce mundus moritur viciis sepultus, ordo rerum vertitur, cessat Christi cultus . . .").

In fragmento superiori: „Dialogus miraculorum Cesarii '. — „Liber exemplorum Cesarii F 57." — „Ecclesie pragensis."

Caesarii Heisterbacensis Dialogi de miraculis.

„Prohemium in Dialogum miraculorum Cesarii. Colligite fragmenta . . . Cum ex debito . . ." 2ª „Cupiens loqui de conversione . . ." × „Quia dyalogo nostro finis imponendus est . . . per infinita secula seculorum Amen."

1008 *G. XVII.*

secundum veterem catalogum erat „Martyrologium ecclesiae Pragensis"; nunc desideratur.

1009 *G. XVIII*

chart., 1424, ff. 45, 31·7 × 22·7 cm, involucrum novum.

In folio praeligato: „Folium primum invenies impressum apud Bongars, Gesta Dei per Francos p. 50 linea 6 a fine. Est ergo fragmentum e Roberti monachi S. Remigii Historia hierosolymitana. Initium huius fragmenti (Prologum apologeticum) habes in folio 8ᵛᵒ, finis autem revera concordat cum editione Bongarsii, ut tantum folia extra ordinem compacta esse videantur, nisi forsan in medio desit unum vel alterum. Neumann 1875."

Roberti monachi s. Remigii Historia hierosolymitana.

„Universis, qui hanc historiam legerint . . ." × „quando vult et quomodo vult miseretur et sanat. Amen. Finitus est liber anno Domini MºCCCCºXXIIIIto in vigilia Penthecosten."

In fine alia manu: „Wenceslai decani ecclesie pragensis; comparavi a filio antiqui notarii nove civitatis."

1010 *G. XIX*

chart., saec. XV. exeunt., ff. 215, 31 × 21 cm, involucrum antiquum cum impressis ornamentis.

In folio praeligato: „Ex Bibliotheca S. Metrop. Ecclesiae Prag A. 1713."

F. 1ª in marg. inf. manu Thomae Pessina: „Ex Bibliotheca veteri capituli Prag. 1671."

1ª—44ª **Cyrilli episc. Quadripartitus moralis.** „Incipit Quadripartitus editus a Cirillo episcopo. Secundum Aristotelis sentenciam . . ." × „Expliciunt quatuor verba seu quadripartitus moralis per Cirillum episcopum 1465."

44ᵇ—48ᵇ vacua.

49^a—74^a **Epistolae memorabiles:** 49^a „Copia littere universitatis Pragen. Universis ac singulis Christi fidelibus Johannes Cardinalis magister in artibus . . ." — 50^a Revocatio studii Pragensis per concilium Constanciense [ed. Höfler, Geschichtsschreiber der husit. Bewegung, II., 237]. — 51^a „Nos Mathias, Dei gracia electus rex Hungarie . . ." — 51^b—65^a „Eneas Silvius poeta suo patri dilecto domino Johanni de Aach . . ." × „Ex Prak pridie kl. Decemb. 1444." — 65^a „Pogius plurimam salutem dicit Leonardo Aretino . . ." — 68^a „Carolus Dei gracia Francorum rex. Carissimi ac speciales amici . . ." — 68^b—70^b Litterae Calixti papae ad Georgium de Podiebrad et Ladislaum, Ladislai regis. — 70' Excerpta ex epistolis Hennodii [Ennodii]. — 71^a Excerpta epistolarum Plinii libri secundi. — 71^b Excerpta epistolarum Senecae. Ex Seneca de beneficiis. — 72^a—74^a Epistolae Calixti papae ad Georgium de Podiebrad e. a. — 74^a—77^a Tractatus Senecae de quatuor virtutibus cardinalibus. — 77^a—79^a „Quod mors omnes equales reddit nulli parcendo. Age igitur impudens . . ." × „terribilis cruciatus." — 79^a—88^b [Pseudo-Augustini] De vita christiana. „Ego Augustinus primus et ultimus peccator . . ." × „conferamus absentes. Et hoc in Christo Jhesu . . . Amen." — 88^b—93^b „Vere nimis est imbecilis . . ." × „in verbo veritatis in virtute Dei."

94^a—96^b vacua.

97^a—99^b Litterae anonymi ad quendam, qui ordinem religiosum profiteri et monachus fieri voluit dehortatoriae. „Novum melos auribus meis noviter intonuit sociorum amantissime, ubi te audivi velle religionis subire iugum . . . solum ordinem Zlechowiensem inter ceteros tibi prelegisti . . ." — 99^b Dispensatio pro domino Johanne de Wartemberg, ut ad saeculum redire et matrimonium contrahere possit [manu Thomae Pessina adscriptum: canonicum Prag.] 1398. — 100^a Forma magistri Alberti de Parisiis missa magistris alme universitatis Pragen. 1372 (ed. Palacký, Formelb, II., 151. Nr. 192). — 102^a „Mansvete pater virtutis rerumque excellencium amator . . . me desiderii mei memor et precum fratris mei Pelrzimi et felicis et sancte recordacionis pius pater et dominus meus olim Cardinalis pragen. una cum paternitate tua ad studium Parisiis promovisti . . ." 104^b Epistola M. Joannis Rakovnik ad M. Joannem Hus. „Honorabili ac cordialiter dilecto Magistro Johanni dicto Hus . . ." — 107^a Epistolae Ludovici, Caroli IV e. a. — 113^a—116^b „Hic genuit pater ex propria filia filium, qui post tempora fuit eidem traditus pro marito dictus Albanus . . ." [in margine manu Thomae Pessina: „Insigne commentum"]. — 116^b—119^b Litterae (lat. et boh.) Caroli IV. concedentes gratias monasterio Portae Apostolorum. — 119^b—120^b „Saturnus Dei gracia rex agricolarum, gubernator fratrum Thaboritarum, planetarum altissimus, Deoque propinquissimus. Frivolam superbiam . . ." — 120^b—121^a „Sequitur alia forma curialis super quibusdam evitandis per dominum [Wenceslaum IV.] regem illis que videlicet statum et commodum regni videntur impedire." (Ed. Palacký, Formelb. II., 102, Nr. 110.) — 121^b—122^b „Forma curialis et veridica, qualiter serenissimus dominus Wenceslaus Roman. et Bohemie rex per barones Bohemie iuste et meritorie fuit arestatus." (Ed. o. c. 97, Nr. 104.) — 122^b—125^a versio bohemica praecedentium duarum litterarum. — 125^a—126^b Formae litterarum Wenceslai IV. ad principes Italos datarum, ne assistant antipapae Gebennensi, sed Urbano VI. — 126^b Scribit de simili capitulo et

administratoribus eccl. Wratislaw. (Ed. o. c. 32—33 Nr. 21.) — Litterae Wenceslai IV. commendaticiae quorundam nobilium, qui diversas mundi partes visitare proposuerant. (Ed. o. c. Nr. 202.) „Dominus rex [Wenceslaus] scribit cuidam duci, ut non assistat antipape Gebenensi . . .“ (Ed. o. c. 30—32, Nr. 17—20.) — 127ª Mathiae electi regis Hungariae litterae dd. in castro Strážnice 8/2 1458. — 128ª—128ᵇ [manu Thomae Pessina:] Epistola Hanussii de Kolowrat, praepositi Ecclesiae Prag. ad Ioannem de Krumlow eiusdem Ecclesiae decanum, data Romae die 6. Maji an. 1476 [de usu pontificalium capitulo metrop. Prag. concesso].

129ª—132ᵇ vacua.

133ª—145ª Litterae pontificum Nicolai, Calisti, Pii; litterae regis Georgii de Podiebrad atque litterae ad ipsum datae e. a. 1452—1466. (Cfr. Palacký, Urkundl. Beiträge z. G. B. im Zeitalter Georg's v. Podiebrad 40, 106, 127, 165.)

161ª—167ᵇ vacua.

168ª—203ᵇ **Acta varia praecipue Georgium de Podiebrad concernentia.** „Periculosa est ista practica, quam s. d. n. contra Boemie regem instaurat . . .“ (Cfr. Palacký o. c. 101—413 passim.)

179ª „Ad invictissimum Boemie regem et Moravie et Lucemburg . . . Francisci Pierii carmen.“

1011 *G. XX*

chart., alterum dimidium saec. XV., ff. 478, 31 × 20·7 cm, involucrum antiquum cum impressis ornamentis, cum bullis et laminis affabre elaboratis.

Initiales litterae pictae, in marginibus compluribus locis picta ornamenta. 1ª in marg. inf.: „Ex bibliotheca veteri Capituli Prag. 1671.“

1ª—272ª **Joannis de Zredna, episcopi Waradiensis, Epistolae praecipue de regno Hungariae.** „Prefacio in epistolas domini Johannis de Zredna, olim prothonotarii cancellarie regis Hungarie recollectus in hoc volumen per Paulum presbyterum de Iwanich etc. feliciter incipit“. × „cupidissimus videaris. Vale etc.“

272ª—315ª **Vocabula legum.** „Incipiunt vocabula legum. Exactis a Romana civitate regibus constituti sunt duo consules . . .“ × „Expliciunt vocabula legum anno Domini Millesimo CCCC⁰LVIII⁰ feria V. ante festum s. Bartholomei apostoli Domini etc.“

315ª—451ᵇ **Gvarini Veronensis, Petri Pauli Vergerii, Gasperini Pergamensis e. a. Epistolae et orationes.** „Guarinus Jeronimo suo p. s. dicit: Si vales gaudeo . . .“ × „in clientelam patrociniumque suscipias. Dixi.“

452ᵇ—456ᵇ **Pogii Florentini ad summum pontificem Nicolaum quintum oratio.** „Scio consuetudinis esse . . .“ × „sit amplius expetenda.“

456ᵇ—457ᵇ „Littera domini apostolici Serenissimo domino Georgio regi Bohemie etc. ad conventum Mantue indictum excitativa . . .“

457ᵇ—461ᵇ „Epistola sanctissimi domini nostri summi pontificis domini Pii secundi scripta singulis regibus, principibus, comitibus, baronibus, ceterisque

sub potestate constitutis hortatoria ad conventum per suam Sanctitatem Mantue indictum... contra Turcos..."

461b—471b „Oratio Pii pape secundi habita in conventu Mantuano VI. kalen. Octobris anno Domini etc. LVIII°..."

471b—476b „Sermo habitus per reverendissimum in Christo patrem dominum Jeronimum archiepiscopum Creten., oratorem sanctissimi domini nostri Pii secundi... coram serenissimo principe domino Georgio rege Bohemie etc."

472a in margine manu Thomae Pessina scriptum: „in Festo SS. Simonis et Judae Apostol. an. 1459".

476b—479b „Oratio reverendissimi in Christo patris domini praenominati archiepiscopi Creten. acta aput inclitum senatum Wratislavien. anno Domini Millesimo CCCCL9."

1012 *G. XXI*

chart., primum dimidium saec. XV., ff. 271, 31 × 21·4 cm, involucrum antiquum, bullis ornatum.

In operculo superiori extrinsecus: signatura H 31 et: „In isto volumine continentur vite philozoforum, Marius de Veneciis, historia trium regum, lapidarius cum medic. libris, que ego Johannes de Duba curavi redigi ligari ad presens volumen in exilio in Zitauia habitans de anno Domini Millesimo CCCCXXXVI et lego eundem pro ecclesia sancta Pragen."

1a Contenta libri et sign. H 31.

1b Nomina philosophorum.

2a—2b [Praecepta de valetudine tuenda singulis mensibus.] In Januario de optimo vino calicem ieiunus bibe..."

3a—83a **De vita et moribus philosophorum.** „De vita et moribus philosophorum veterum tractaturus..." × „qui est principium virtutum et finis Amen. Explicit vita philosophorum cum breviloquio eiusdem etc."

83b—85b vacant.

86a—131b **Marci Pauli [Marco Polo] de Venetiis De conditionibus et consuetudinibus orientalium regionum.**

„Marcus de Veneciis. Incipit prologus in librum domini Marci Pauli de Veneciis..." × „ad diversas provincias diferuntur. Explicit Cronica domini Marci de Veneciis."

131b—132a „Hec est copia bulle confirmacionis capelle in honore beate Virginis confirmate et divinitus consecrate, videlicet ad heremitas nuncupate, alio nomine proprie in dem vinstern walde, hoc est in tenebrosa silva. Leo episcopus, servus servorum Dei..."

132a—138a „Sermo factus est per dominum Jacobum de Teramo episcopum Monopolitanum domini nostri

Bonifacii pape noni cubicularium in die Annunciacionis virginis Marie in capella maiori Rome in presentia dicti domini nostri et duorum cardinalium anno Domini MCCCLXXXXVII. pontificatus eiusdem anno octavo. Ne timeas Maria . . .“

138ª—140ª Registrum in Historiam trium Regum.

140ª—182ª **Historia trium Regum.** „Cum venerandissimorum trium magorum . . .“ × „Explicit historia ipsorum trium regum magorum et cetera.“

183ª—189ᵇ **De lapidibus preciosis.** „Ametistus, achates . . . Generaliter primo dicendum est de lapidibus preciosis . . .“ × „et tutelam accipere virtutis mereatur. Per Jhesum Christum . . .“

190ª Oratio. „Omnipotens sempiterne Deus . . .“

191ª—198ª **[Poklad chudých.]** „Alwyn mystr tak rzeczeny . . .“ × „protoz ſlovu tyto knyhy chudym poklad dobry.“

Cfr. V. Flajšhans, Věstník Čes. Akademie X. (1901), 598—599.

198ª—199ª **[Postavy a mravy lidské.]** „Poſluchayte wſſyczkny toho . . .“ × „kazdy zyd gest newyeren, a to gest tak.“

Cfr. V. Flajšhans, Věstník Čes. Akademie X. (1901), 599—603.

201ª—215ª **Magistri Johannis de Prosschido Compendium de occultis naturae.** „Compendium optimum Johannis. Incipit compendium de occultis nature magistri Johannis de Prosschido. Et primo dicendum est, quid sit medicina . . .“ × „omni mense bene prodest incisio vene. Explicit hoc opus bonum.“

215ª—218ᵇ „Remedia peroptima Magistri Alfonsii Cordubiensis arcium liberalium necnon artis medicine et incipitur tali modo: „Ego Alfonsus Cordubiensis magister . . .“ × „a langwo levatur“.

218ᵇ „Informacio magistri Galli, summi astronomi et phizici maioris, quomodo aliquis gravatus terciana febre, se regere debet in eadem. Cibus vester debet esse levis . . .“

218ᵇ Occurrit nota: „Anno nativitatis Domini octingentesimo LXXIIII Borziwoy baptisatus est in Olmucz per beatum Metudium archiepiscopum Welegraden.“

218ᵇ—219ᵇ „Doctrina Galieni et aliorum phisicorum. Nota doctrinas Galieni, Ypocratis et aliorum medicorum grecorum contra pestilenciam . . .“ × „Ista remedia contra pestilenciam, que Moravie imo Boemie vigent, porrecta sunt serenissimo domino Karolo Romanorum imperatori a sanctisimo patre papa Gregorio XI. sub anno Domini M⁰CCC septuagesimo primo.“

219ª—219ᵇ „Contra fluxum oculorum . . .“; „Notabile, si vis alicere columbas . . .“; „Nota signa, que apparent homini ante mortem“; „Nota virtutes Galgani“; „Ad mollificandum cristallum“; „Ut videatur camera argentea“; „Ut aues manu capias“; „Ad capillos crispandos“ etc.

219ᵇ—220ᵇ **Compendium bonum (in versibus).** „Si vis incolumem, si vis te sanum, | Curas linque graues, irasci crede prophanum . . .“ × „sed margine prava.“

220^b—228^b [Varia praecepta, praecipue de remediis ad morbos quosdam.] „Ad faciendam terram mollem ad sigilla"; „Virtutes ardentis vini"; „Ad sompnum inducendum" e. a.

228^b—230^a [Praecepta de valetudine tuenda singulis anni temporibus et mensibus.] „Sequitur de autumpno. Autumpnus est frigidus et siccus . . ."

230^b—232^b vacant.

233^a—247^b [Varia praecepta de valetudine tuenda e. a.] „Ad vinum clarificandum"; „Ad faciendam aquam vite" et s. . . ." × „A magistro Joh. Speth accepi Amen."

248^a—263^b vacant.

264^a—270^a Allocucio ad Fridericum Trinacriae regem. „Detur domino Johanni confessori domini regis Romanorum et Bohemie etc. Incipit allocucio Christiani de his, que conveniunt homini secundum christianam dignitatem creature racionalis, ad inclitum dominum tercium Fredericum regem illustrem. Volens Deus propter immensitatem sue bonitatis . . ."

270^b—271^b varia notata theologica. „Notandum de virtutibus b. Virg. Marie . . ."

Cfr. V. Flajšhans, Věstník Čes. Akademie X. (1901), 598—599.

1013 *G. XXII.*

chart., 1401, ff. 286, 30 × 21·5 cm, involucrum antiquum simplex.

Operculo superiori adglutinatum est fragmentum chart. saec. XIV., concionis de s. Katharina.

In folio praeligato registrum.

1^a—281^b **Jacobi de Voragine Legenda aurea.** „Universum tempus presentis vite . . ." × „Explicit passionale per manus Petri de Mylew. anno Domini milesimo quadringentesimo primo et cetera."

136^a Beatus Procopius . . .

281^b—283^b „Sermo de sancto Gothardo. Gaudete in Domino, dilectissimi . . ."

283^b—286^a „De sancto Erasmo bonus. Anthiochia civitate facta est persecucio . . ."

1014 *G. XXIII./1*

mixtus, primum dimidium saec. XV., ff. 371, 30 × 21·5 cm, involucrum antiquum simplex.

In operculo super. intrinsecus: „Liber magistri Johannis Herttemberger de Cubito emptus LX gr." — „Incipit quarta pars speculi Sanctoralis de confessoribus, viduis, virginibus non martiribus." — „Liber domini Martini de Mita, canonici s. Appollinaris, concessus domino preposito et conventui in Zderas anno Domini 1416 dominico die in quadragesima dominica Judica.

1^a—339^a **Bernardi Guidonis Speculum sanctorale.** „Prefacio operis. Sanctissimo in Christo patri domino Johanni . . ." × „in provincia Lombardie."

Vita s. Procopii.

339ª—348ª „Incipit prologus ad Severum Pragensem episcopum de vita sancti ac venerabilis Procopii nostri patroni...“ × „recipere meruit sanitatem tocius mentis et corporis prestante Domino nostro Jhesu Christo, cui est honor et gloria in secula seculorum Amen.“ [Cfr. „Fontes rerum Bohemicarum“ I., 360—366.]

348ᵇ—351ᵇ vacua.

352ª—363ᵇ De inventione corporis s. Antonii; Vita b. Boniti.

364ª—371ᵇ vacua.

1015 *G. XXIII./2*

chart., 1373, ff. 259, 29·8 × 21 cm, involucrum antiquum cum impressis ornamentis.

In operculo super. intrinsecus: „Hunc librum comparavit venerabilis pater Johannes abbas Strahowiensis dictus Starustka pro suo monasterio et fratribus anno gracie etc. septuagesimo quinto [1475].“

1ª—130ᵇ **Bernardi Guidonis Speculum sanctorale.**

„Incipit prefacio in hunc librum speculi sanctoralis. Sanctissimo in Christo patri domino Johanni...“ × „Explicit liber qui nuncupatur secunda pars speculi sanctoralis sub anno Domini MCCCLXXIII⁰ sabbato in octava assumptionis beate Marie Virginis.“

131ª—249ª Tercia pars speculi sanctoralis. „Sanctissimo in Christo patri domino Johanni...“ × „Explicit tercia pars speculi sanctoralis, insunt festivitates sanctorum martirum. Finivi librum, scripsi sine manibus ipsum etc. Sub anno Domini MCCC septuagesimo tertio. In vigilia sancti Augustini completus est iste liber.

221ª—221ᵇ „Sancti Wencesslay martiris quarto kk. Octobris, ex gestis eius abreviatus. Beatus Wenczeslaus dux Bohemorum fuit...“

249ª—250ᵇ „De decem milibus militum. Adrianus et Anthonius Romani imperatores...“

250ᵇ—259ª „De s. Adalberto mr. et pontifice. Est locus in partibus Germanie...“ × „Explicit vita et obitus s. Adalberti episcopi et martyris, que est IX kl. Mai. etc.“

1016 *G. XXIV*

chart., primum dimidium saec. XV., ff. 528, 30·3 × 21·2 cm, involucrum antiquum simplex.

In operculo superiori extrinsecus: „F 63“ et titulus libri; intrinsecus: „Explanacio sentenciarum Cathonis et intitulatur Philippi de Pergamo ordinis sancti Benedicti, cuius magister fuit Johannes Calderini“.

1ª in marg. sup.: „Liber Explanacio sentenciarum Cathonis Philippi de Pergamo ordinis s. Ben. et intitulatur speculum regiminis.“

Philippi de Pergamo Speculum regiminis. „Omne quodcunque facitis in verbo aut opere...“ × „alios non contempnas. Ipsi igitur, ut est dictum, qui singulariter beatus est, honor sit et gloria in seculorum secula. Amen.“

521ª „Prophecia Joachim de regibus Boëmie. In etate sexta . . .“

Operculo inferiori intrinsecus adglutinatum fragmentum cuiusdam scripti de ducatu Lombardiae.

1017 *G. XXV./1*

„Registrum variarum rerum ad ecclesiam Metrop. Pragen. pertinentium“ translatum e bibliotheca in archivium, ubi asservatur sub sign. Cod. XXII.

1018 *G. XXV./2*

„Registrum literarum receptionis in canonicos eccl. Pragensis 1378—1390“. translatum e bibliotheca in archivium, ubi asservatur sub sign. Cod. XIII.

1019 *G. XXVI.*

chart., primum dimidium saec. XV., ff. 222, 29·2 × 21·7 cm, involucrum antiquum simplex.

In operculo super. intrinsecus: „Passionale olym domini Buchowecz A 57.“ Operculo sup. adlig. fragmentum membr. lat. grammaticae saec. XIV. In folio praeligato Registrum.

1ª—215ª **Jacobi de Voragine Legenda aurea.** „Incipit prologus super legendas sanctorum, quas compilavit frater Jacobus Januensis ex ordine praedicatorum. Universum tempus presentis vite . . .“ × „ut tandem in eo habitare dignentur per gloriam. Amen.“

215ᵇ—222ᵇ vacua.

In operculo inf. intrinsecus: „Anno Domini 1437 emptus est liber iste pro ½ sexag. per sacerdotem Wenceslaum de Slana Slamak.“

1020 *G. XXVII.*

inscriptus est veteri catalogo hoc modo: „Venerabil. Bedae Historia ecclesiastica et gentis Anglorum. Vincentii Canon. Pragens. chronica Boëmorum ab a. 1140 usque an. 1197.“ Manu Antonii Frind annotatum: „Befindet sich in Strahov NB durch Schenkung Dobrowsky's, der es in Postelberg gekauft hat (1828).“ Asservatur revera nunc in bibliotheca canoniae Strahoviensis. Cfr. Fontes rerum bohemicarum II., 403.

1021 *G. XXVIII.*

chart., primum dimidium saec. XV., ff. 192, 29·6 × 20·7 cm, involucrum antiquum simplex.

In operculo super. intrinsecus: Consignacio peccatorum excommanicatorum. „Primo Judei, pagani, heretici, falsi christiani . . .“ × „Item conventores hereditatis et qui impediunt bona opera.“

In marg.: „Marcus de Venetiis et alii plures sermones de tempore et de sanctis. N. p. de Trzebenycz. G. 53."

Operculis adligata sunt fragmenta grammaticae latinae saec. XIV.

1ª—43ª **Marci Pauli [Marco Polo] de Venetiis De conditionibus et consuetudinibus orientalium regionum.** „Librum prudentis, honorabilis ac fidelis viri domini Marci Pauli..." × „Explicit domini Marci Pauli de Veneciis De consuetudinibus et condicionibus orientalium regionum."

43ᵇ—53ª **Burchardus (Brocardus) de Barby (de Monte Sion), Veridica terrae sanctae descriptio.** „Incipit liber descriptionis terre sancte Jerosolimitane editus per fratrem Borcardum de Monte Syon, liber multum realis et utilis, in quo legens quisque ad devocionem poterit excitari. Dilectissimo in Cristo Jhesu patri fratrique Borchardo..." × „Explicit liber descripcionis terre sancte Jerosolimitane valde delectabilis."

53ª—62ª **[Evangelium Nicodemi.]** „Hic incipit Nichodemus. In nomine sancte Trinitatis incipiunt gesta passionis Domini..." × „Explicit Nicodemus."

62ª—63ª **Vita beatae Virginis Mariae.** „Hic incipit vita beate virginis gloriose. Hec est vita virginis beate Marie..." × „Explicit vita beate virginis Marie."

63ª—76ª **[Odoricus de Pordenone Itinerarium de mirabilibus orientalium Tartarorum.]** „Licet multa et varia..." × „per sex centos annos emanavit."

76ª—168ª **Sermones varii de tempore et de sanctis.** „De nativitate Domini sermo. Egrediatur ut splendor... Secundum doctrinam Aristotelis..." × „vitam eternam."

168ª Index sermonum.

169ª—184ᵇ S e r m o n e s v a r i i. „Rogacionum sermo. Exivi a patre... In libro de mundo scribitur..." × „ad tantam virtutum probitatem. Quod nobis concedat..."

185ª—192ᵇ vacua.

6ª—195ᵇ **Thomae Cantimpratensis De rerum naturis libri XX.** „Naturas rerum in diversis auctorum scriptis . . .“ × „curas tolle graves, irasci prophanum. Anno incarnacionis Domini MºCCCCIIII finitus liber feria sexta proxima post festum Jacobi . . .“

De figuris pictis vide Podlaha, Soupis: Knihovna kapitulní pag. 201, fig. 236—237; Topographie pag. 212.

196ª vacat.

196ᵇ Praecepta medic.

197ª—799ª vacant

199ᵇ „Quare fieri voluit Deus homo. Diligenter attende . . .

200ª—202ª vacant.

202ᵇ „Sigismundus Dei gracia Roman rex . . . notum facimus . . . quod accedens nostre majestatis presenciam nobilis Johannes senior de Rabenstein . . . supplicavit, quatenus sibi universa et singula privilegia . . approbare . . . dignaremur . . . . Dat . . . a. 1422 . . .“ — „Domini Johannis Rabstin liber naturalium, quem mgr. Martinus mutuatum habuit a. D. 1456.“

In operculo inf. intrinsecus: „Anno Dei 1425 Thaborite expugnaverunt post festum Pasce usque Nativitatem b. Virginis istas civitates et castra . . .“

1255 *L. XII.*

chart., primum dim. saec. XV., ff. 282, 30·2 × 21 cm, involucrum antiquum simplex.

In fragm. membr. praeligato: „Liber Mes. Munisunger.“ — „Anno D. 1466 discretus vir dominus Stanislaus appatecarius migravit ex hac luce f. in octava Nativitatis gloriose Marie Virginis nocte sequente, qui mihi hunc librum et alios contulit . . .“

1ª in marg. sup.: „Ex Bibliotheca S. Metrop. Ecclae Prag. A. 1713.“

Joannes Mesue: Summa medicinalium particularium. „In nomine Dei misericordis. Johannis Nazareni filii Mesoe . . . medicinarum particularium incipit . . .“ × „quando linitur cum aqua . . . Sequitur . . .“ [Continuatio huius libri est in codice LXX].

1256 *L. XIII.*

chart., primum dim. saec. XV., ff. 158, 30 × 21·7 cm, involucrum antiquum simplex.

In operc. sup. intrinsecus: „Digere materiam, causamque repelle nocivam . . .“ — „Tunc embrocamus cum membra liquore rigamus . . .“

In f. praeligato primo contenta libri. In folio praeligato altero registrum Summae Galeni.

1ª—24ᵇ **Galenus: Summa de repletionibus et de recipiendis mediis laxantibus.** „Summa Galieni. Cum omnis sciencia . . .“ × „Explicit summa Ga-

lieni. Mathias Gultberg anno Domini M^oCCCC decimo sabato ante Martini sexta decima hora etc."

25^a—76^a **Giraldus [?]: Super nonum Almansoris** (in tabula contentorum legitur: „Item Giraldus aut Gilbertus aut aliquis alius super nonum Almansoris). „In descripcione receptarum . . ." × „quamvis cancer sit incurabilis."

77^b—79^a **Rhases: De pulsibus.** „Incipit Almansor de pulsibus. Oportet ut qui mirifica misteria pulsus . . ."

79^a—93^a **Rhases: Tractatus de febribus.** „Incipit tractatus Almansoris de febribus continens XXV capita. Febricitantes et precipue acute . . ."

93^b Conspectus specierum febrium.

94^a—95^a **Tractatus de ventosis.** „Volentibus uti ventosis sciendum est . . ."

95^a—95^b **Avicenna: De fleubotomia [venae sectione].** „Proprium quidem est presentis negocii . . ."

96^a—100^b **Arnoldus de Villa nova: Aphorismi super librum de ingenio sanitatis.** „Incipiunt amphorismi super librum de ingenio sanitatis. Quevis medela . . ." × „Expliciunt amphorismi ex collectis magistri Arnaldi de Villa nova editi in Monte Pessulano a. D. 1300, quos presentavit domino regi Francie."

101^a—101^b Figurae: „Figura de gradibus medicine", „Figura de horis medicine", „Figura quadrangularis et triangularis in arte medicine."

102^a—102^b „Regimen pulcrum ad conservandam sanitatem Mri Swewi . . ." [nomen sequens erasum]. „In viam regiminis . . ." × „Idem valet in complexione epatis."

103^a „Deus omnipotens, qui solus et altissimum imperas ad cognoscendum et diligendum te, Domine. Incipit ars proposicionum secundum artem demonstrativam compilata. De prologo. Ab arte demonstrativa trahit . . ." [Initium tantum.]

103^b vacat.

104^a—114^a **Ars demonstrativa medicinae.** „In nomine Domini nostri Iesu Cristi, qui est fons et tezaurus sapiencie, a quo omnia bona procedunt, incipit ars demonstrativa medicine cum questionibus. Ars ista hac intencione compilata est . . ." × „Explicit ars demonstrativa medicine ad laudem Dei omnipotentis."

114^b—115^a **Auctoritates philosophiae de quibusdam principiis.** „De philosophia. Philosophia est amor sapiencie . . ."

115^b—116^b vacant.

117^a—123^b **De urinis et de earum coloribus et secretionibus attestantibus super quatuor humores et complexiones.** „Elevatur [?] aliud naturale aliud innaturale . . ." × „et sic est finis huius operis. Laudetur filius virginis."

124^a vacat.

124^b De capite: „Testa capitis continet tres cellulas . . ."

124^b—125^a De membris corporis humani. „Dico quod Deus cuique animali . . ."

125^b—128^b **De fleubotomia.** „Fleubotomia est evacuacio . . ." × „quarum locus est post illum."

129^a—130^b vacant.

131^{a}—135^{b} **Rhases: Physiognomia.** „Phizonomia Rasis alias Almansoris. Corporis complexio . . .“ × „Explicit phizonomia Rasis alias Almansoris.“

136^{a}—137^{a} **Hippocrates: Prognostica.** „Pronostica Yppocratis. Et erit satis conveniens . . .“ × „appetitum dulcium etc. Pronostica Ypocratis.“

137^{a}—138^{b} **Tractatulus de compositione medicinarum.** „Ad conposicionem medicinarum . . .“ × „Explicit tractatus de composicione medicinarum.“

139^{a}—140^{a} **Nicolai Salernitani Antidotarius.** „Ego Nicolaus rogatus a quibusdam . . .“ [Opus non integrum.]

140^{a}—142^{a} **De proprietatibus quorumdam animalium.** „Capitulum de summa . . .“

142^{a}—142^{b} **De usu theriacorum et oppiatorum.** „Tyriaca que dicuntur . . .“ × „et hec de opiatis dicta sufficiant.“

143^{a}—143^{b} **De diversitate pulsuum.** „Pertractatis diversibus pulsuum . . .“

143^{b}—158^{a} **Isaac filius Salomonis: Liber de urinis a Constantino Africano in latinum translatus.** „Incipit Ysaac de urinis translatus de arabico in latinum a Constantino Africano. In latinis quidem libris . . .“ × „Explicit Ysaac de urinis . . .“

1257 *L. XIV.*

chart., alt. dimidium saec. XIV., ff. 232, 29·5 × 22 cm, involucrum antiquum simplex.

Operculo sup. adligatum est fragmentum chart. cuiusdam rhetoricae saec. XIV. („Amplificacio est res, que per locum communem instigacionis auditorum causa sumitur . . .). — In marg.: „Rosarius emptus pro VIII. flor. Johannis Englisch“. — „Iste est liber canonicorum regularium in Rudnicz.“

1^{a} in marg. sup.: „Ex Bibliotheca S. Metrop. Ecclae Prag. 1713.“

1^{a}—46^{a} **Johannes de Gatisden (Gastisden) Rosa medicinae. Liber III. e IV.** 1^{a} „Quia principale vel universale . . .“ 2^{a} „Primo dictum est de oftalmia et dolore oculorum . . .“ × „Finito libro sit laus et gloria Christo et s. Dorothee amen.“

39^{b} in fine libri III.: „Jam gracias ago altissimo et omnipotenti Deo, qui me ad finem trium librorum perduxit, cuius confidencia quartum audeo inchoare petens ab eo iuvamen, qui omnibus dat affluenciam, et per quem omnia facta sunt, ut michi peccatori subveniat et ad finem optatum perducat. Amen sprach Heynrich, illud tamen, quod sequitur, brevissimum erit . . .“

46^{b}—48^{a} **De oculis.**

„Aput . . . artis nostre tractatores pauca et multa obscura eciam in latinis diccionibus et codicibus de oculis reperiuntur . . . nos . . . Constantinopolim . . . perreximus, ibique quod anima nostra desiderabat invenimus in palacio Emanuelis imperatoris, scilicet T h e o p h i l u m, perfectissimum medicum . . .“ × „et in oculis mitte. Explicit satis pulcer tractatus.“

48^{b}—50^{a} vacant.

50^{b}—231^{b} **Johannes de Gatisden (Gastisden): Rosa medicinae. Liber I. et II.** „Galienus primo de ingenio sanitatis: Non visites . . .“ × „Explicit liber secundus cum auxilio magni et excelsi Dei et sue gloriose matris Marie et beate Dorothee Amen.“

231^{b}—231^{a} Variae adnotationes.

231^{a} Delineatio calamo elaborata: „S. Dorothea.“

1258 *L. XV.*

chart., primum dim. saec. XV., ff. 106, 30 × 21·5 cm, involucrum membr. simplex cum dorso e corio confecto.

In operc. sup. intrinsecus: „Iste liber est Johannis bacc. dicti Albinus, quem [obtinuit] post mortem mgri Borotin, cui Deus det requiem cum omnibus fidelibus defunctis."

1ª in marg. manu saec. XVIII. ineunt.: „Ex Bib. S. Metrop. Ecclae Prag."

1—36ª **Gerhardi Cremonensis: Practica medica.** „Cum omnis sciencia . . ." × „Explicit modus medendi Giraldi Cremonensis."

36ª—36ᵇ D e m a t r i c e. „Matrix est membrum ad instar stomachi formatum . . ."

36ᵇ—61ᵇ **Bernardus Provincialis: Commentum super tabulam Salerni.** „Omnis practicus est theoricus . . ." × „hic stagnare. Explicit commentum B. provincialis super tabulas magistri Salerni. Deo gracias.

61ᵇ—71ª **[Nicolai Salernitani] Tabulae de virtutibus et operationibus medicinarum.** „Incipit prologus tabularum magistri Salerni de virtutibus et operacionibus medicinarum . . . Medicinalis sciencie rudimentis . . ." × „Expliciunt tabule preciosissimi operis mgri Salerni Deo gracias Amen."

71ª—92ᵇ **„Incipiunt experimenta Concellarii.** Ad tineam capillorum decoquuntur . . ." × „et fiat unquentum etc. Expliciunt experimenta Concellarii. Deo gracias."

92ᵇ—97ª **Experimenta rusticorum.** „Tynee sic subvenitur . . ." × „fiat syrupus. Expliciunt experimenta rusticorum etc."

97ᵇ D e h e r b i s. „Generaliter primo de herbis dicendum . . ."

98ª—105ª **Magistri facultatis medicorum Parisiensis de causis epidemiae et de remediis contra ipsam.**

Visis effectibus, quorum cause latent eciam ingeniosissimos intellectus . . . Idcirco nos omnes et singuli magistri . . . facultatis medicorum parisiensium ad mandatum illustrissimi principis domini nostri Philippi regis Francorum . . ." × „finem huic operi conponentes, cuius compilacionem felicitare dignetur ille, qui est benedictus in secula seculorum Amen. Deo gracias."

105ª—106ª Varia excerpta (ex mgro Arnoldo et Avicenna).

106ᵇ N a r r a t i o d e q u a d a m v i s i o n e („Anno D. 1427 23. die Maii in exitu aurore ecce miles exit de ecclesia obviam Johanni . . ."). — D e m o r t e H y n k o n i s P t á č e k („Mille quadringent. quater denis quatuor annis . . . mors seva rapit in epidemia Hyncze Ptaczkonem . . .").

1259 *L. XVI.*

chart., alt. dim. saec. XIV., ff. 58, 27·3 × 20·5 cm, integumentum antiq. simplex membr. cum dorso e corio confecto.

In operc. sup. intrinsecus regulae de incisione venae.

1ª—31ª **Gerhardus de Solo: Lectura super nono libro Almansoris.** „[Initium deest] . . . De spasmo . . ." × „Lectura G. de Solo super nono Almansoris."

31^{b}—37^{a} Varia praecepta medicorum. „Materia colerica prava digeratur sic . . .“ — 34^{a} „Digestum in febris passionibus capitis . . .“

37^{a}—37^{b} De fleubotomia. „Fleubotomia est evacuacio . . .“

37^{b}—38^{a} „Practica puerorum.“

38^{a} „Iste sunt que debent queri interrogaciones in cura sterilitatis viri et mulieris . . .“

39^{a}—41^{b} De febribus pestilentibus. „In febribus pestilentibus ventus meridionalis est fugiendus . . .“

40^{a} in marg. sup. „Jo. de Novoforo“.

42^{a}—43^{b} De regimine sanitatis tempore pestilentiae. „Nulla videtur precessisse temporibus memorabilibus pestilencia tam admirabilis et obstupenda, sicut pestilencia, quae nunc . . . a meridionalibus et originalibus partibus Ytaliam pervenisse videtur . . .“ × „cum aliquantulo laudani conficiantur.“

44^{a}—58^{a} **Bernardus a Gordonio: Lilium medicinae.** „Interrogatus a quodam Socrates.“

1260 *L. XVII.*

chart., 1393, ff. 82, 28·8 × 11 cm, involucrum antiquum membr. cum dorso e corio confecto.

Synonyma apothecariorum „Albula, argiofra, feyn perbeyn . . .“ × „Expliciunt synonima apothecarii ex ydiomate greco, arabico et latino atque teutunico finita in anno ab incarnacione eiusdem M^{0}CCC^{0}LXXXXIII^{0} prima feria sexta ante festum sancti Viti et cetera.“

1261 *L. XVIII.*

chart., saec. XV. ineunt. (1401), ff. 258, 29·8 × 20·4 cm, involucrum antiquum simplex.

In folio praeligato contenta libri.

1^{a} in marg. sup.: „Ex Bibl. S. Metrop. Ecclae Prag. 1713.“

1^{a}—72^{a} **Joannes de S. Amando: Commentum ad Johannitii (Honein ben Isaac) „Isagogae“.** „Opportet nos investigare . . .“ × „differt ab alio vel asino. Et est finis huius. Explicit commentum super Johannicium mgri Johannis novi de Sancto Amando.“

72^{b} vacat.

73^{a}—159^{a} **Joannes de S. Amando: Scriptum super libro Isaac filii Salomonis De febribus.** „Quoniam te, karissime fili . . .“ × „Expliciunt scripta mgri Johannis novi ad doctrinam antiqui de Sancto Amando super febres Ysaac, meliora, que possunt Parysius repperiri. Anno D. 1401.“

159^{b}—167^{b} vacant.

168^{a}—235^{a} **Commentarius in Hippocratis libros prognosticorum.**

235^{b}—237^{a} vacant.

237^b—244^a **Pamphili Mauriliani Carmen de amore Pamphili et Galateae.** „Vulneror et clausum porto sub pectore telum . . ." × „Explicit poeta Pamphilus. Deo laus."

244^b—246^b **De urina.** „In urina atenditur color . . ." — „Explicit textus bonus de urina."

247^a **De egestione.**

247^b—248^a vacant.

248^b—258^b **Aegidii Corboliensis Versus urinarum cum expositione interlineari.** „Dicitur urina . . ." × „Expliciunt versus urinarum Egidii finita in vigilia Laurencii cum fui tribulacionibus involutus."

In operc. inf. intrinsecus praecepta medic. lat.

1262 *L. XIX.*

chart., alt. dim. saec. XV., ff. 211, 27 × 20·6 cm, involucrum antiquum cum impressis ornamentis.

In operc. sup. intrins. et in folio praeligato annotationes historicae 1598—1606 concernentes Antiquam Boleslaviam et Brundusium (de capitaneo Brundusiensi Sigismundo Měsíček e. a.).

1^a—8^a Calendarium latinum.

8^a—12^a Registrum. „Pro snadší naleznutí jedné každé věci, kteréž v této knize jsou, tento registřík jest sepsán leta 1590 . . ."

13^a—201^b **Mistra Křištana lékařské knihy.** „Tuto gſu miſtra Krziſſtanowa lekarzſke kniehy y gine lekarzſke wieczy. Wſſelika mudroſt od pana Boha geſt . . . × „A naposlez wzdy tiem sadlem maž, iako nahorze pſano."

201^b—211^b [manu saec. XVI. exeunt. vel XVII. ineunt.] **Různé recepty lékařské a hospodářské.**

Cfr. S t e r n b e r g, Abhandlungen über die Pflanzenkunde I. (Prag 1817), 57; F l a j š h a n s, „Věstník Čes. Akademie" X. (1901), 596.

1263 *L. XX.*

chart., primum dim. saec. XV., ff. 165, 29·8 × 22·5 cm, involucrum antiquum cum impressis ornamentis.

In operc. sup. intrins. et in f. praeligato varia praecepta medic. („Vomitus suavis"; „Sacculus pro capite"; Mgr. Jacobus de Sentinis contra omnem febrim"; „Signa lepre secundum Arnoldum de Nova villa").

1^a—120^b **Joannis Mesue: Summa medicinalium particularium.** (Continuatio codicis L. XII.) „Capitulum quartum de partu naturali . . . Partus naturalis est cum fetus movetur ad exitum . . ." × „adde vero oleum. Sequitur . . ." [ad finem non perductum].

121^a—142^b vacant.

143^a—157^a **Arnoldus de Villa Nova: Opusculum in nonum librum Almansoris.** „Carissimis filiis et dominis. Cum a vobis sepissime rogatus fuerim . ." × „de quibus alias dicetur Domino concedente. Explicit tractatus Arnoldi de Villa nova utilis valde . . ."

157^a—158^a **Carmen de molestiis matrimonii.** „Sit Deo gloria, laus, benediccio, Johanni pariter, Petro, Laurencio . . ."

158^b—163^b vacant.

163^a—165^b Varia praecepta medic. („Pocio Frederici . . ."; „Pro sapone facienda"; „Capitulum de medicinis cantherizantibus . . ."; „Capitulum de medicinis consolidatis et sigillatis"; „Capitulum de medicinis mollificatis").

Operculo inf. adligatum est fragm. membr. antiphonarii cum notis musicis saec. XIII.

1264 *L. XXI.*

chart., saec. XIV. exeunt. vel. XV. ineunt ff. 144, 29·8 × 21·9 cm, involucrum antiquum simplex.

Operculis adligata folia membr., in quibus cursim et negligenter scripta sunt quaedam ex jure canonico („Conc lia . . . sunt generalia alia provincialia . . ."). Per transversum super hac scriptura magnis et pinguibus litteris scriptum: „Liber Demetrii etc. Inmundum mundum fili fugito furibundum ad nutum Domini nostri dictantis . . Ens encium, causa causarum miserere mei . . "

1^a in marg. sup. „Ex Bibliotheca S. Metrop. Ecclae Prag. A. 1713."

1^a—49^a **Brunus Calabriensis [Longobucensis): Chyrurgia maior ex dictis Avicenni, Almansoris, Albuthasmi e. a. compilata.** „Incipit cyrurgia mgri Longobucensis ex dictis sapientum breviter et lucide compilata. Rogasti me, iam est diu, Andrea Vincentine venerabilis amice . . ." × „et accidant sibi peiora prioribus." — 49^a „Incipit prologus .Anno ab incarnacione Dni 1252 mense Januarii . . . ego Brunus gente Calabr. et patria Rongobucensis . . . huic operi debitum finem inposui . . . 49^b „Explicit cyrurgia maior magistri."

49^b—56^b **Brunus Calabriensis (Longobucensis): Chyrurgia minor.** „Incipit cyrurgia minor magistri. Ut de manuali operacione librum componerem breviorem . . ." × „Galienus et alii antiqui sapientes. Explicit cyrurgia minor magistri."

56^b—144^b **Guilhelmus Placentinus (de Saliceto): Chyrurgia.** „Propositum est bonum tibi edere librum de operacione manuali . . ." × „bibita et superposita. Finito libro sit laus et gloria Christo. Amen dicant omnia."

1265 *L. XXII.*

chart., primum dim. saec. XV., ff. 64, 30 × 22·4 cm, integumentum antiquum simplex membr.

Codex negligenter scriptus.

Almansoris liber IX. [Initium deest] „. . . pates syrupos componunt . . ." × „Capitula tractatus decimi que sunt XXV. De fabre effimera . . . que fit ex multitudine humoris et cruditate. De feb. etc."

1266 *L. XXIII.*

chart., primum dim. saec. XV., ff. 82, 32 × 22 cm, integumentum e fragm. membr. lectionarii saec. XIV., ineunt. (operculum inf. deest).

Expositio versuum Aegidii Corboliensis de urinis. „Scribit Ypocras pronosticorum: Omnis qui medicine artis studio . . .“ × „homo sanus sepius urinam emittit quam egrotus. Et hec dicta de urinis secundum dicta autoris ad presens sufficiant.“

1267 *L. XXIV.*

chart., 1551-1552, ff. 288, 30·9 × 20·5, involucrum coaetaneum cum impressis ornamentis.

1ª „E bibliotheca Georgii Bartholdi a Braitenberg praepositi Pragen.“

1ª—27ª **Etliche Prepositiones, Canones oder Regeln in die Tafeln der Ecclipsium des Magistri Georgii Purbachii.**

27ᵇ—30ᵇ vacant.

31ª—146ª **Canones und Regeln in die Tafel des primi mobilis des magistri Joannis de Monte Regio [Regiomontani].** 31ª „Dem Eerwürdigen undt Achtbarn Mann Herrn Georgen Ratzenberger, der Khunsten und Philosophey Magister der facultet und Studierung zuo Wien decano sagt Joannes Tannstetter vil Gruofs und Gruofs . . .“ — 32ª „Des Andreae Stiborii Boii ein Vorred in die Tafel des primi mobilis . . .“ — 33ᵇ „Ein probleuma mit seinen aufslegungen durch den eerwierdigen mann magistrum Joannem Germanum de monte regio zuosamengelesen für die tafel vom primo mobili . . .“ × „Die Canones und regeln in die tafel dess primi mobilis dess magistri Joannis de Monte regio, der Zierd dess ganczen Teutschlands endet sich glückhlich.“

146ᵇ—148ᵇ vacant.

149ª—288ᵇ **Seb. Münster: Anfang der Mathematicae.** „Anfang der Mathematicae: Undt dise Anfang werdent in zwey Buecher getheilt, under wollichen das Erst Ler = Die Anfang Geometriae, auch die allerersten Lernung mit abmessung mancherley Figuren. Aber das Ander unndt letste Buoch lernet die Linierungen unndt Bereyttungen allerley Sonnen-Uhren durch Sebastianum Munsterum.“

155 adligata xylographia: „Typus universalis horologiorum muralium . . . per Sebastianum Munsterum.“

1268 *L. XXV.*

chart., alterum dimidium saec. XVI., 31·4 × 22 cm, involucrum confectum e fragm. membr. cuiusdam scripti de jure canonico tractantis saec. XIV.

1ª—8ᵇ **Georgius Riplaeus: Medulla alchimiae.** „Rogerius Baccon dicit in suo speculo . . .“ × „conficimus curiosas margaritas. Huiusque medulla alchimiae Georgii Riplei Angli.“

9ª—16ᵇ **Georgius Riplaeus: Philoreirum alchimistarum.**

16ᵇ vacat.

17ª—26ª **Pupilla alchimiae.** „Praefatio in pupillam alchimiae. Imprimis intellige . . .“

27^a-68^b, 74^a-158^a **Trilogio della transmutatione di metalli.** „Al studioso letore. Perche in caduna materia . . .“ × „come principio, mezo et fine d'ogni bene. Il fine del terzo libro.“

68^b-70^a **De quinta essentia sanguinis humani ex lib. animali Joan. Isaaci.** „Nun wil ich mein Kind lehren machen das furnembste Werck . . .“ × „vom Got aufgesetzt worden ist. Laus Deo.“

70^a-73^a **De sale armoniaco herbarum.** „Zu Ehren Gottes und Nucz aller gutherzigen Menschen will ich lehren die Heimlichkeit . . .“ × „Hie endet sich der Tractat von dem Sale armoniaco herbarum Joan. Isaaci.“

1269 *L. XXVI.*

chart., alterum dimidium saec. XV., ff. 300, 31·5 × 22 cm, involucrum antiquum cum impressis ornamentis necnon cum laminis affabre elaboratis.

Operculo sup. adligatum folium membr. gradualis lat. saec. XIII. cum neumis.

Ali (Haly) filius Abenragel. Liber de judiciis astrologiae. „In nomine Domini Amen. Hic est liber magnus et completus, quem Haly Abenragel filius, summus astrologus, composuit de iudiciis astrologie . . .“ × „Hic explicit Liber completus in judiciis stellarum, quem composuit Haly filius Abenragel, de quo laudes et grates ago per sempiterna secula Deo patri Amen.“

Operculo inf. adglutinatum fragmentum membr. saec. XIV. cuiusdam commentarii lat.

1270 *L. XXVII.*

chart., primum dim. saec. XV., ff. 132, 32·2 × 22 cm, involucrum antiquum simplex membr. cum dorso e corio confecto.

In operc. sup. intrinsecus: „Liber mgri Petri de Hradecz“. — Vetus sign.: „G. 66“.

Operculo sup. adlig. est fragm. membr. saec. XIV. „Questiones . . . ex dictis Tho[mae]. De confirmacione. Utrum confirmacio sit sacramentum . . .“ — In spatio vacuo: „Incepi solvere bursam pro Hilario et Johanne dicto theologus pro pellicio M. Przybram . . . et hoc anno 1449 . . .“

1^a C a t a l o g u s p e r s o n a r u m f a c u l t a t i s l i b. a r t i u m P r a g e n s i s („Dominus rector. Dominus decanus. Petrus Konyeprus. Przibislaus. Cristanus. Cztiborius de Wel[war] . . .“ × „Busko de Kdyna. Paulus de Krawar.“) c u m n u m e r i s i n d i c a n t i b u s q u a e s t i o n e s d i s p u t a t a s i n s e q u e n t i o p e r e c o n t e n t a s.

2^a-2^b **Sermo ante disputationem in facultate artium.** „In nomine patris et filii et spiritus sancti feliciter Amen. Reverendi magistri et domini venerandi ceterique fratres in Christo prestantissimi. Gravem ac onerosum laborem agrediens quid faciam penitus ignoro . . .“ × „questio disputanda proponitur sub hac forma.“

3^a-119^a **Quaestiones in facultate artium disputatae.** „Utrum primum principium rerum naturalium possit aliquem effectum absque secundo principio concurrente producere . . .“ × „consumetur forma.“

119^b—120^a vacant.

120^b—121^a **Sermo in terminatione actus in facultate artium Pragensi.** „Venerabiles magistri et domini venerandi. Gravem laborem et laboriosam gravitatem . . .“ × „qui actum istum per suam diligentem interessenciam plurimum ornaverunt. Gracia Dei et pietas Christi eius et caritas Spiritus sancti semper sit nobiscum Amen.“

121^b—131^a vacant.

131^b—132^a Registrum.

1271 *L. XXVIII.*

chart., 1393, ff. 175, 29·6 × 22 cm, involucrum antiq. simplex membr. cum dorso e corio confecto.

In operc. sup. intrinsecus: „A dno Alssone“. — Recepta medic. bohem. et lat.

Thomae Cantimpratensis De rerum naturis. „Incipit prologus in libro de naturis rerum. Naturas rerum in diversis auctorum scriptis . . .“ × „Explicit liber de naturis rerum a. XCIII. [1393] in die Gregorii pape.“

1272 *L. XXIX.*

chart., alt. dim. saec. XIV. (1374-1376), ff. 161, 29·5 × 22 cm, involucrum antiquum simplex membr. cum dorso osseo affabre elaborato.

In folio praeligato et in operc. sup. intrinsecus contenta libri. — In folio praeligato variae annotationes latinae et germ.

1^a—17^a **Thomae Bradwardini Geometria.** „Geometria assecutiva est aritmetrice . . .“ × „Explicit tractatus geometrie Bragwardini utilis ad Euclidem.“

17^b—20^b vacant.

21^a—32^a **Tractatus de perspectiva.** „Inter philosophie consideracionis studia . . .“

33^a—44^b **Magistri Dominici Parisiensis Practicae de diversis modis mensurandi.** „Qunatitatem aliquam mensurare . . .“ × „Expliciunt practice bone de diversis modis mensurandi mgri Dominici Parisiensis. Laus et gloria.“

45^a—54^a **Henricus de Hassia: Tractatus de improbatione epicyclorum et concentricorum.** „Cum inferiorum consideracio ad celestium ducat inquisicionem . . .“ × „Explicit de reprobacionibus textus epycyclorum et concentricorum mgri Heynrici de Hassia editus Parisius.“

54^b—57^a vacant.

58^a—63^b **De compositione et usu chilindri.** „In consideracione chylindri duo considerantur: compositio et usus chylindri . . .“

63^b—65^b **Practica astrolabii.** „Cum volueris scire . . .“ × „Explicit kotennecze“[?] . . . „Explicit Deo gracias anno Domini 1374 in die Saturni proxima post octavam Epiphanie Domini completus est liber iste. Nomen scriptoris si tu cognoscere queris, Rich tibi sit prima, media har, dus sit in yma.“

66^a—69^b **M. Joannes de Lineriis: Canones super tabulas primi mobilis** „Quislibet arcus . . .“ × „Expliciunt canones mgri Johannis de Lineriis super tabulas primi mobilis.“

69^b—70^b Quomodo eclipsis inveniatur per tabulas.

71^a—74^b **Tractatus arithmeticae correspondens arithmeticae Boethii.** „Numerus est duplex . . .“ × „Explicit tractatus arismetrice correspondens arismetrice Boecii.“

75^a—77^b **De formarum latitudinibus.** „Quia formarum latitudines multipliciter variantur . . .“ × „Explicit de formarum latitudinibus textus. Laus Christo debetur, libri cum finis habetur.“

77^b—83^a **Johannes de Muris: Musica.** „Etsi bestialium voluptatum . . .“ (Cfr. Gerbert, Scriptores eccl. de musica III., 255.)

83^b—84^b vacant.

85^a—101^b **Buridanus: Quaestiones super librum de sensu et sensato.** „Tabula questionum . . .“ × „Finis questionum libri de sensu et sensato Biridani.“

101^b—104^a **Buridanus: Quaestiones super librum de memoria et reminiscencia.** „Circa librum de memoria et reminiscencia queritur . . .“ × „Finis questionum libri de memoria et reminiscencia Biridani.“

104^a—110^a **Buridanus: Quaestiones super librum de somno et vigilia.** „Circa librum de sompno et vigilia queritur . . .“ × „Finis questionum de sompno et vigilia magistri Biridani.“

110^a—113^b **Buridanus: Quaestiones super librum de longitudine et brevitate vitae**: „Circa librum de longitudine et brevitate vite queritur . . .“ × „Finis questionum de longitudine et brevitate vite.“

113^b—122^a **Buridanus: Quaestiones super librum de morte et vita.** „Circa librum de morte et vita queritur . . .“ × „Finis questionum de morte et vita mgri Biridani.“

122^a—124^b **Buridanus: Quaestiones super librum de juventute et senectute.** „Circa librum de juventute et senectute queritur . . .“ × „Finis questionum parvorum naturalium reverendi mgri Johannis Biridani finite cum diligencia et sub anno Dni 1376. Deo gracias.“

125^a—125^b vacant.

126^a—131^b **Theorica planetarum.** „Quia quid nominis . . .“ × „Expliciunt dicta theorice planetarum.“

131^b—159^b **Expositio theoricae planetarum.** „Quarum prima est de revolucionibus . . .“ × „vigilia autem desiccat ipsum. Et sic est finis libri 2.“

160^a—161^a vacant.

161^a et in operc. inf. intrinsecus variae adnotationes.

1273 *L. XXX.*

chart., primum dim. saec. XV., ff. 184, 29·8 × 20·7 cm, involucrum antiquum simplex.

Operculo sup. et inf. adglutinata sunt fragmenta membr. missalis saec. XIII. cum notis musicis..

1^a—181^a **Petri de Crescentiis Liber ruralium commodorum.** „Epistola missa ad mgrm ordinis predicatorum in libro ruralium comodorum. Vene-

rabili in Christo patri . . ." × „et ut conserventur salsantur. Deo laudes per infinita secula seculorum Amen. Finito libro sit laus et gloria Christo.

181ᵇ—184ᵇ Registrum.

184ᵇ recepta boh. („Zasep na ryby"; „Nohy hnile nebo prowalene na hnatech . . .")

In marginibus vocabula bohemica.

Operculo inf. intrinsecus adglutinata epistola membr. lat. („Datum in Cunradi Villa. Henricus de Duba alias dictus Berka senior, dominus in Gablona.")

1274 *L. XXXI.*

chart., 1454, ff. 174, 34·3 × 24·2 cm., involucrum antiquum simplex.

1ᵃ—98ᵃ **Raymundus Lullus: Ars generalis.** „Deus cum tua summa perfeccione. Incipit ars generalis ultima edita a fratre Raymundo Lul. Quoniam multas artes . . ." × „Explicit ars generalis scripta Padue in contrata ponte corbo per mgrum Hilarium de Lithomerzic anno Dni 1454. Deo gracias."

99ᵃ—103ᵇ Delineationes ad opus praecedens pertinentes.

104ᵃ—133ᵇ **Raymundus Lullus: De anima rationali.** „Deus cum virtute tua incipit liber novus de anima racionali. Quoniam anima racionalis est substancia invisibilis . . ."

134ᵃ—136ᵇ **Raymundus Lullus: Tractatus facilis scientiae.** „Deus cum tua altissima et profunda virtute. Incipit liber facilis sciencie. Manifestum est . . ."

136ᵇ—138ᵇ **Raymundus Lullus: Quaestiones super librum facilis sciencie.** „Deus cum tua benediccione et virtute. Incipiunt questiones facte super librum facilis sciencie. Quoniam liber facilis memorie . . ."

139ᵃ—143ᵃ **Raymundus Lullus: Liber physicorum.** „Deus cum tua gracia, sapiencia et virtute atque ineffabili caritate. Incipit liber novus physicorum et compendiosus. Cum adgredi rerum phisicarum . . ." × „Scriptum per me Petrum de Vannis de Avinione etc. Padue in monasterio s. Marie Carmelitarum die Martis XXVII. mensis augusti vigilia s. Augustini anno a nativitate Domini MCCCCLIIIIº.

143ᵇ—164ᵇ **Raymundus Lullus: Libellus Chaos.** „Incipit libellus chaos, et primo de essentia sua. Essenciam chaos in quatuor partes esse divisam intelligimus . . ." × „Explicit cahos."

165ᵃ—174ᵇ **Raymundus Lullus: Ars juris.** „Quoniam vita hominis brevis est . . ." × „Explicit ars iuris ad honorem et benediccionem Dei . . ."

1275 *L. XXXII.*

chart., alt. dim. saec. XIV., ff. 105, 29 × 20·9 cm, integumentum membr. simplex cum dorso e corio confecto.

In operc. sup. extrinsecus contenta libri, intrinsecus: „possessor huius libri est Fridericus Obser." — In folio praeligato: „Alexii Baccalarii".

1ᵃ—55ᵇ **M. Marsilii Commentum super novam et veterem logicam.** „Parvorum precibus puerorum . . ." × „Anno Domini milesimo trecentesimo 83 post festum s. Bartholomei finitus est liber presens in deco-

lacione s. Johannis apostoli ... Expliciunt loyce reverendi mgri Marsilii. Amen."

56ª—56ᵇ vacant.

57ª—105ᵇ **Quaestiones super libros ethicorum.** „Circa primum librum ethicorum queritur primo utrum de virtutibus moralibus sit ..." × „omnia argumenta solvuntur ..."

1276 *L. XXXIII.*

chart., saec. XIV. exeunt., ff. 74, 29·5 × 21·6 cm, involucrum antiquum simplex membr.

In operc. sup. extrinsecus vetus sign.: „H. 68".

In f. praeligato contenta libri et eadem sign.

1ª—56ª **Commentum in dialecticam et logicam.** „Flores apparuerunt, vinee florentes odorem dederunt ... Hanc proposicionem scribit sapientissimus Salomon ... Que licet sit theoloyca potest tamen ad presens commendacione ipsius loyce convenienter acceptare ..." × „investigent illa a se ipsis. Et sic est finis."

56ᵇ vacua.

57ª—66ª **Tractatus de logica.** „In hoc tractatu intendimus perscrutari ..." × „et sic est finis regularum."

66ᵇ vacat.

67ª—74ª **Commentum super suppositiones Mawlfelt [Thomae Maulevelt?].** „Circa principium huius libri sunt aliqua prenotanda ..." × „Expliciunt dicta super supposiciones terminorum finita anno Dni MCCC primo [?] vigilia s. Wenzlezley. Przybikonis de Hrozna Sowa."

1277 *L. XXXIV.*

chart., alt. dim. saec. XIV., ff. 137, 30 × 21 cm, integumentum antiquum membr. simplex.

In operc. sup. intrinsecus variae adnotationes (i. e. versus: „O dives dives non omni tempore vives ...")

Codex misere scriptus.

1ª—69ª **M. Alberti de Saxonia Logica.** „Intencio presentis est pertractare de terminis ..." × „Explicit loyca magistri Alberti Saxonis comportata Erfordie Anno D.MºCCCº sexagesimo."

69ª—69ᵇ quaestiones.

70ª—71ᵇ **Richardi Billingham Tractatus de propositionibus.** „Terminus est, in quem resolvitur proposicio" × „Explicit Biligam per manus Mathie de Plana. Non deportabis."

71ᵇ—72ª D e s u p p o s i t i o n e. Notandum, quod supposicio termini est triplex ..."

72ᵇ „Cum Dei auxilio aliqua communia artis logice sunt determinanda ..."

73ª Notandum quod tribus modis acquiritur terminus. ..."

73^b-74^b vacant.

75^a-103^a **Johannes Buridanus: Quaestiones super librum priorum (Aristotelis).** „Circa librum priorum sit prima questio ista . . .“ × „Expliciunt questiones libri priorum venerabilis mgri Johannis Byridani parysyen. per Mathiam de Plana reportate.“

103^a-104^a, 105^a-105^b quaestiones.

104^b, 106^a-106^b vacant.

107^a-136^a **Johannes Buridanus: Dicta libri priorum.** „Iste liber priorum dividitur . . .“ × „Expliciunt dicta priorum data Parysius per venerabilem mgrum Johannem Biridanum anno Dni MCCCL6 [1356].

136^b-137^b variae adnotationes.

1278 *L. XXXV.*

membr., primum dim saec. XIV., ff. 186, 30·5 × 21·7 cm, invol. antiq. simplex, init. lit. pictae.

1^a in marg. sup.: „Mgri Petri de Hradecz Regine.“

1^a-185^b **Textus totius philosophiae naturalis Aristotelis.**

186^b Contenta libri. — „Istum librum emi circa Nicolaum Barbatum, qui vocatur Nicolaus de Constan. pro XXIII. gr., sed ligatori dedi pro nova ligacione et pro cutibus X. gr.“

1279 *L. XXXVI.*

chart., primum dim. saec. XIV. (pars 1415), ff. 224, 31·9 × 21·5 cm, involucrum antiquum simplex.

1^a-29^b **Tractatus de tribus naturalibus.** „Principia esse contraria testantur omnes . . .“ × „naturas singulorum. Amen. Tak mi se libilo. Explicit tractatus de tribus principiis finitus per manus dni A. de Praga anno dominice incarnacionis M⁰CCCC⁰XV⁰ in die sancte trinitatis. In cuius anni dominica Quasi modo geniti obiit vir ut reputo sanctus in vita et excellens . . . in benivola paupertate, in verbi Dei assidua ac diligenti et absque precio erudicione . . . Juvenes et senes, pauperes et divites in faciem ipsorum sine timore . . . correxit . . . Cuius corpus requiescit in ecclesia beate Virginis Marie in pede pontis. Et hic communi nomine chudy knyeſ Matyey vocabatur. — Mgr. Johannes de Sicca Villa.“

30^a-34^b vacant.

35^a-94^a **Joannes de Rupella: Liber de anima.** „Incipit prologus libri de anima. Si ignoras te o pulcherrima mulierum . . .“ Tibi anima racionalis proponitur verbum istud . . .“ × „eo quod sit principium operabilium. Et hec de viribus anime ad presens sufficiant. — 94^a-94^b „Incipiunt distinctiones capitulorum libri de anima mgri Joannis de Rupella.“

95^a-137^b **Dicta super metheora.** „Quia ars imitatur naturam . . .“ × „ut dicitur in 3. capitulo de yride.“

138^a-138^b vacant.

139ª—165ᵇ **Johannes Wiclif: Tractatus de universalibus.** „Wykleph, doctor ewangelicus. Libellus de universalibus continet 15 capitula . . .“ × „finem huic superficiali tractatui de universalibus ad alios tractatus de rebus prime intencionis ad quarum noticiam summa ista aperit aggressurus.“

165ᵇ—179ª **[Stanislaus de Znojma]: De vero et falso.** „De vero et falso aliquando generaliter pertractare . . .“ × „quam semel vidisse est omnia didicisse. Cui laus est et honor et gloria eterna in seculorum secula Amen.“

179ª—199ª **[Stanislaus de Znojma vel Johannes Wiclif?]: Tractatus de universalibus.** „Cum multis in philosophia . . .“ × „plene subiacet sue regie mayestati. Amen dicant omnia magister reverende.“

199ᵇ—200ᵇ vacant.

201ª—224ᵇ **Quaestiones in Metaphysicam** „Quia secundum doctrinam Aristotelis . . .“ × „ideas naturales.“

1280 *L. XXXVII.*

chart., 1450-1451, ff. 262, 32 × 21·5 cm, invol. antiq. simplex.

Operculo sup. extrinsecus insulptum est monogramma Hilarii Litomericensis.

Operculis adligata sunt fragm. membr. cuiusdam manuscripti hebraici.

In folio praeligato: „Questiones super libros phisicorum et ceteros philosophie naturalis. — H 60.“

1ª—252ª **Quaestiones super Aristotelis libro physicorum et ceteros libros de naturalibus.**

„Circa librum phisicorum queritur: utrum de rebus . . .“ × „Et est finis tocius phisice. Expliciunt sentencie tocius fere naturalis philosophie . . . collecte ex commentariis diversissimorum et illustrium virorum, videlicet doctoris s. Thoma de Aqu. et dni Alberti Magni ep. Ratisponensis editeque in alma universitate studii parisiensis . . . Quas reverendus quidem baccalarius Wenceslaus de Wrben sciencie avidus arrepto longissimo itinere versus studium predictum parisiense sumptibus et expensis ymo et proprio corpori suo non parcens . . . rescripsit et . . . ad nostram universitatem attulit easque in commune rescribendas , . . accomodari disposuit. At ego Hilarius de Lithomerzic arcium baccalarius . . . coassumpto mecum socio domus collegii nostri baccalaureo Wenceslao de Krzizanow in rescribendis predictis cum socio piger non iacui . . . opus illud tam nobile a. D. 1450 . . . rescripsi. Nec me piguit insomnes noctes ducere . . . Incepi quippe opus illud in die Braxedis virginis scribere, nec desiit calamus scribere . . . donec ad optatum finem libri dies tercia post festum Egidii conf., que est anniversaria expugnacionis pragensis per dominum Georgium visa est me perducere . . .“

38ª „Finis secundi phisicorum anno 50 [= 1450]; hoc illuminacionis tempore devastata Misna dire et acriter; dns G. [Georgius] cum suis Bohemiam revertitur, sed heu pauperibus panis lacrimarum mixtus sangwine in Misna degentibus arctior gladio efficitur.“

111ᵇ „Explicit materia seriatim collecta secundum intencionem Aristotelis super octo libros ipsius . . . . terminata per Hilarium de Lithomerzic baccalarium arcium liberalium in collegio sacratissime virginis Dei et Domini nostri genitricis Marie nacionis Bohemorum in domo Reczek anno D. 1450 . . .“

252^b Quaestiones.

253^a vacat.

253^b—262^b **Quaestiones super libro De esse et essentia.** „Circa librum de esse et essencia queritur, utrum ab ente sumatur nomen essencie . . .“ × „de toto libro de esse et essentia doctoris s. Thome de Aquino. Finitus est iste libellus in die conversionis s. Pauli doctoris gencium eximii anno Christi millesimo quadringentesimo quinquagesimo secundo per mgrum Hilarium de Lithomerzicz, licet non ex toto, ut ipse potes manum dinoscere. In collegio sanctissime Marie virginis gloriose nacionis Bohemorum in domo Reczek. Deo gracias.“

1281 *L. XXXVIII.*

chart., saec. XV., ff. 269, 31·2 × 21 cm, involucrum antiquum simplex.

1^a—44^a **Antonius Andreae: Quaestiones de principiis philosophiae naturalis.** „Cum secundum doctrinam Aristotelis in plerisque locis ex noticia principiorum videatur noticia cuiuscunque rei essencialiter dependere . . .“ × „Iste questiones sunt in universo 12, quas frater Anthonius Andree determinavit anno quo legit naturalia in Monte sono.“

44^b—48^b vacant.

49^a—118^a **Nicolai Boneti Commentarius in Aristotelis libros Metaphysicorum.** „Incipit methaphysica Nicolai Boneti sacre theologie professoris, ordinis fratrum minorum. Omnes homines, ymo omnes nature intellectuales“. × „Et hec de nono libro huius methaphysice dicta sufficiant et per consequens de toto opere mgri Nicolai Boneti . . .“

118^b—121^b registrum.

122^a—124^a **Quaestio de modo intrinseco.** „Utrum modus intrinsecus distingwatur ab eo, cuius est modus ex natura rei . . .“

124^b—132^b vacant.

133^a—178^b **[Nicolai Boneti] Philosophia naturalis.** „Quoniam autem sciendi et intelligendi naturale desiderium . . .“

179^a—201^a **[Nicolai Boneti] Commentarius in X libros priores Praedicamentorum Aristotelis.** „Quoniam autem secundum ordinem subiectorum.“ × „Et in hoc terminatur tractatus de habitu et denarius librorum decem primorum generum.“

201^b—268^b **[Nicolai Boneti] Theologia naturalis.** „Motor immobilis simpliciter primus“ × „et eo frui in eternum. Deo gracias.“ — 268^b—269^a Conspectus argumenti libri.

1282 *L. XXXIX.*

chart., alt. dim. saec. XV. (1487-1488), ff. 310, 31·7 × 21·2 cm, involucrum antiquum cum laminis affabre elaboratis

Operculis adligata sunt fragm. membr. psalterii saec. XIII.
In f. praeligato: „Alexii baccalarii arcium liberalium.“

1^a—201^a **Commentarius in Physicam Aristotelis.** [Spatium pro littera initiali nec non spatia pro quatuor primas lineas sunt vacua relicta] „. . . Quum laudatarum arcium parens . . ."

36^b in fine primi libri: „Anno salutis 1487 die Marci."

201^b—202^b delineatio, de qua cfr. Podlaha, Soupis: Knihovna metrop. kap. pag. 201, fig. 238; Topographie pag. 212—213.

203^a—225^a **Aristotelis Liber de anima cum commentario marginali et interlineri.** In fine: „Et in hoc finitur prosa Aristotelis de anima sub anno Dni 1488 per me Alexium de Trzebon, bacc. Cracoviensem, in studio eiusdem 18. kl. Septembris."

225^b—227^a vacant.

227^b Conspectus diversorum nominum materiae et formae.

228^b—296^a **Aristotelis libri physicorum cum commentario**

296^b—298^b vacant.

299^a—310^b **Quaestiones ad analyticam Aristotelis.**

1283 *L. XL.*

membr., saec. XIV., ff. 137, 31 × 21·5 cm, involucrum antiquum simplex, litterae initiales pictae.

In operc. sup. intrinsecus: „Liber Petri de Byelorzuth." — In f. praeligato vetus sign. h 58, „Mgri Petri de Hradecz", atque calamo delineata figura „vultus Christi."

S. Thomae de Aquino Expositio in 12 libros metaphysicorum Aristotelis. „Sicut docet philosophus in politicis suis . . ." × „Explicit sentencia fratris Thome de Aquino ordinis praedicatorum super duodecim libros Methaphisice Aristotelis . . . a Henrico de Bohemia dicto . . . de . . ."

1284 *L. XLI.*

chart., alt. dim. saec. XIV., ff. 102, 30·3 × 22·2 cm, invol. antiquum simplex.

1^a—64^a **Quaestiones super Aristotelis libris physicorum.** „Queritur primo circa librum phisicorum, utrum in natura . . ."

65^a—94^b **Tractatus de perspectiva.** „Inter philosophie consideracionis studia lux iocundius afficit meditantes . . ."

95^a „Sequitur capitulum 6. de signis replecionem sequentibus. Replecio secundum duos existit modos . . ."

95^b—96^a Praecepta medica germ. et latina („Sye soln nicht starken wyn trynken . . ."; Contra epilepsiam et apoplexiam e. a.).

96^a—96^b De genitalium passionibus. „Genitalium membrorum passiones . . ."

96^b—97^a **Signa abortus.** „Nota signa abortus, que adveniunt mulieribus pregnantibus . . ."

97ª—102ª Varia praecepta medica (de vertigine, de epilepsia, de aqua vitae et aliis aquis e. a.).

103ᵇ et in folio operculo inf. adglutinato „De modo medendi." „In medendis corporibus . . ." [Initium tantum.]

1285 *L. XLII.*

chart., saec. XIV., ff. 108, 29 × 21·3 cm, integumentum antiquum membr. simplex.

In operculo sup. intrinsecus: „Volumen mgri Johannis Cralowicz."
In folio praeligato: „Phisicorum questiones h. 63."

Albertus de Saxonia: Quaestiones super libros Physicorum.
1ª—1ᵇ Registrum quaestionum.
2ª—108ª „Circa tractatum primum primi libri phisicorum queritur . . ." × „Expliciunt Questiones super octo libros phisicorum date Parisius per reverendum mgrum Albertum de Saxonia anno Dni Millesimo CCCXLIº. Amen."

1286 *L. XLIII.*

chart., 1450-1451, ff. 139, 28·8 × 22·5 cm, invol. antiquum membr. cum dorso osseo affabre elaborato.

1ᵇ Contenta libri. — „Iste liber donatus est Johanni de Plana per dominum Wenczeslaum notarium minorum tabularum regni Boemie anno Domini MCCCCXLIX. [?] quinta feria in die Johannis et Pauli". — Delineatio arte carens: Scriptor sedens ad mensam scriptoriam et scribens.

1ª—66ᵇ **Albertus de Saxonia (de Rieckmersdorf): Quaestiones super libro Aristotelis de coelo et mundo.** „Aristoteles in isto libro de celo et mundo, qui est secundus in ordine . . ." × „et est finis questionum reverendi magistri Alberti Ricmerstorp super de celo."
66ᵇ—89ᵇ **Johannes Buridanus: Quaestiones super libro Aristotelis de anima.** „Queritur primo circa librum de anima utrum anima sit subiectum . . ." × „et est finis questionum de anima reverendi mgri Biridarii Johannis."
89ᵇ—111ª **Quaestiones super libro Aristotelis de generatione et corruptione.** „Circa inicium libri de generacione et corrupcione queritur ista questio . . ." × „Expliciunt questiones de generacione et corrupcione."
111ª—113ᵇ **Quaestiones variae.**

114ª—115ᵇ vacant.

116ª—139ᵇ **Quaestio: utrum aliquid sit active infinitum.** „Quarta questio et ultima est ista: Utrum aliquid sit active infinitum . . ."

In operculo inf. intrinsecus annotati sunt magisti legentes in facultate Pragensi artium 1450—1459 („It. anno Dni 1458 Mgr. Georgius de Mezizricz legit parva naturalia Alberti post festum Galli. It. a Dei 1459 Mgr. Petrus Bibat legit Gilbertum sex principiorum post festum Galli . . ." × „Item Mr. Georgius de Mezirzicz a. Dni 1450 legit. libros Topicorum et finivit a. 1451. Item Mr. Simon de Zacz a. 1451 feria III. in octava Pentec. incepit libros



Euclidis"). — Dein: „Anno Dei 1450 Sabbato ante ad vincula s. Petri intitulatus sum ad examen baccalaureatus. In eodem vero examine erant examinatores Mgr. Petrus Bibat decanus, Mgr. Johannes Borotin, Mgr. Johannes de Gemnicz, Mgr. Stanislaus de Gnezna et Mgr. Martinus de Horzepnik, et inceperunt examinare f. quarta post Mathie et terminaverunt examen feria IIII. ante Gregorii hora XXII. Item f. II. in conductu Pasche sub magistro Petro Bielorzit determinavi ham questionem hora XII.: Utrum racionabile est iustum habere veram amiciciam ad iniustum . . ."

1287 *L. XLIV.*

membr., saec. XIV., ff. 18, 25·5 × 18·3 cm, involucrum antiq. simplex e fragm. membr. scripti cuiusdam philosophici saec. XIV. confectum.

1ª in marg. sup. vetus sig. „H 73."

Aristoteles: Liber de coelo et mundo.

1288 *L. XLV.*

chart., saec. XV., ff. 156, 30·2 × 21·5 cm, involucrum antiquum simplex membr. cum dorso e corio confecto.

In operculo super. intrinsecus: „Mgri Petri de Hradecz Regine."

In f. praeligato variae annotationes lat. et: „2. Quodlibet . . . G. 67."

1ª—152 **Quodlibet quaestionum.** „In eius nomine Amen, ex cuius potencia constat totius huius mundi sensibilis confecta armonia . . ." × „in hac vita nullus fuit felix."

In marginibus nomina: 9ᵇ et 26ª Hennigus Bolthohegen [Baltenhagen], Mr. Marcus Grecz, 13ª Johannes Benym, 14ª Petrus de Znoyma, 15ª Mgr. Perchtynk, 16ª Petrus Prenslauia, 18ᵇ Martinus de Praga, 21ª Johannes Hamme, 22ª Joh. Hoffman, 23ª Syecz, 25ᵇ Mr. Jeronimus de Praga, 27ª Briccius de Zacz, 33ᵇ Petrus Storch, 37ª Hermannus, 46ᵇ Nicolaus Miliczyn, 47ᵇ Johannes Gyczyn, 50ª Nicolaus de Sagano, 54ª Mr. Johannes Hus, 58ᵇ Sigismundus de Pretorio, 60ᵇ Wenceslaus Beran, 62ª Albertus Brevis, 73ª Nicolaus Stoer, 74ᵇ Pustinir.

155ª—156ᵇ registrum.

Cfr. Flajšhans in „Věstník Čes. Akademie" XII. (1903), 632.

1289 *L. XLVI./1.*

membr., saec. XIV. ineunt, ff. 227, 29·4 × 20 cm, involucrum antiquum simplex.

In operc. sup. intrinsecus: „Liber pro Aula Regia philosophie moralis."

In folio praeligato initium tractatus „De proprietatibus" („Cum proprietates rerum sequantur"). — Folio verso contenta libri.

1ª in marg.: „Liber pro Aula regia."

Aristotelis Libri ethicorum, politicorum, rhetoricae et magnae moralis. „Omnis ars et omnis doctrina . . ." × „in amicicia que est in equalibus amicis. Explicit liber Magnorum ethicorum Aristotelis Stragerite."

In folio operculo inf. adligato quaestio philosophica manu saec. XV. scripta; folio verso: „Iste liber est ecclesie Aule regie, qui emptus est pro VI. lib. par."

De initialibus litteris pictis cfr. Podlaha, Soupis: Knihovna kapitulní pag. 202, fig. 239 et 240; Topographie pag. 213.

1290 *L. XLVI./2.*

chart., alt. dim. saec. XIV., ff. 66, 29 × 22·5 cm, involucrum antiquum simplex membr. cum dorso osseo.

In folio praeligato: „Alexii Baccalarii". — „Mauricii. Liber ethicorum IX libri." — Annotationes variae lat. („Felicitas est operatio hominis . . ."; „Utrum ignorancia sit causa involuntarii"; „Utrum sit magis moriendum quam turpe operari.")

Aristotelis Liber ethicorum cum glossa.

1291 *L. XLVII.*

chart., 1377, ff. 137, 29·6 × 21 cm, involucrum antiquum simplex membr. cum dorso e corio confecto.

In f. praeligato: „Philosophia Dulniconis pro 40 gr." — „pro 36 gr." — „H. 65. Philosophia Dulniconis de Testudine."

1ª in marg. sup.: „Maria pomoz".

1ª—14ᵇ **[Joan. Dumbletonis?] Tractatus logicae.** „Plurimorum modernorum scribencium grati laboris . . ." — „Explicit logica seu primus tractatus logice seu summe ipsius Dubnetonis [?].

15ª—137ᵇ **Ejusdem auctoris: Philosophia naturalis [?].** „Post logicalia naturalia aggrediantur dubia . . ." × „naturam de residuo convertit. Et sic est finis huius tractatus anno D. 1377 in die sancti Gervasii 7. Idus Octobris."

1292 *L. XLVIII.*

chart., saec. XV., ineunt (1410), ff. 130, 31 × 22·7, invol. antiq. simplex membr.

In operc. sup. intrinsecus contenta libri et sign. „12 C' ; intrinsecus: „X gr."

Operculis adlig. sunt fragmenta chart. actorum judicialium saec. XV. ineunt. concernentes litem de jure patronatus in Přibyslavic.

1ª—28ᵇ **Tractatus de geometrico instrumento „Albion."** „Tractatus Albion. Albion est geometricum instrumentum . . ." × „Explicit tractatus Albionis . . ."

29ª—33ᵇ **Tractatus de operationibus Albionis.** „Albion ad singulos motus . . ."

35ª—52ᵇ **Practicae geometricae.** „Quantitatem aliquam mensurari . . ." × „Expliciunt practice geometrice ordinate."

52ᵇ—58ª **Algorismus minutiarum.** „Modum representacionis minuciarum . . ." × „Explicit algorissmus minuciarum anno Domini 1410 finitus."

58ª Variae annotationes geometricae et astronomicae.

58^b Tabula stellarum fixarum equata ad civitatem Maydeburg.

59^a—59^b vacant.

60^a—69^b **Bernardi Choneri [?] quondam Jacobi de Tyrnavia Almagestum Ptolomaei abbreviatum.** [Initium deest]. × „Explicit Almagestum Ptolomey abreviatum Berhardi Choneri [?] quondam Jacobi de Tyrnavia."

69^b—71^b **Mgr. Ortolfus Parisiensis: Aliquae propositiones geometricae.** „Alique proposiciones de corporibus . . . a reverendo Mgro Ortolfo Parysien. compilate . . ."

72^a—75^a **Quido Bonatus: Tractatus interrogationum.** „Etsi forte fueris sollicitatus ab aliquo . . ." × „Explicit tractatus interrogacionum seu questionum egregii Gwidonis Bonati. Deo gracias."

75^a—114^a **Tractatus de electionibus.** „Cum post iudicia pre ceteris . . ." × „Explicit tractatus de eleccionibus."

115^a—129^a **Quaestiones philosophicae.** „Utrum corporeum ex forma . . . generetur . . ." × „Expliciunt questiones. Deo gracias."

129^a—130^b **Quaestiones philosophicae.**

1293 *L. XLIX.*

chart., alt. dim. saec. XIV., ff. 43, 30 × 22·5 cm, involucrum antiquum membr. simplex.

In operc. sup. intrinsecus: „Tractatus patriarche Constantinopolitani Questiones de celo et mundo" et sign. „H 72". — Versus de ludo („Ludere cum talis non est res spiritualis . . .")

1^a—3^b **Tractatus de loco.** „Videndum est de loco, quem philosophus 4. phisicorum diffinit sic . . ."

3^b—4^a **De motu et loco.** „Quia communis et oppinio est, quod motus et locus . . ."

4^b—12^a **Tractatus de intensione et remissione formae.** „Utrum aliqua forma corporalis augeatur . . ."

12^b—14^a **Jacobus a s. Martino de Florencia: Tractatus de latidudinibus formarum.** „Quia formarum latitudines multipliciter variantur . . ." × „Explicit brevis et utilis tractatus de latitudinibus formarum . . . editus a reverendo fratre Jacobo de Sancto Martino de Florencia, scriptus per fratrem Nycolaum."

14^a—19^b **Thomas Bradwardinus: Tractatus de proportionibus.** „Subiectum huius tractatus vel codicis Bradbardini est ens mobile relatum ad proporcionem motuum . . . Efficiens est quidam doctor anglicus nomine Thomas Bradbardin . . ." × „Explicit tractatus de proporcionibus editus a mgro Thoma anglico anno Dni M^o^CCC^o^88VIII [sic]."

19^b—23^b **Ugolinus (Hugolinus) Malabranca de Urbeveteri: De trinitate contra Joachimum de Floris.** „Quia cuncti cives superni . . ." × „Explicit tractatus Reverendissimi in Christo patris ac domini Dei gracia patriarce Constantinopolitani quoque archiepiscopi dni Hugulini mgri sacre theologie ordinis fratrum heremitarum sancti Augustini ab eodem compilatus M^o^CCC^o^LXX2^o^ tempore sanctissimi pape Gregorii XI., quo tempore steti Florencie pro studente."

24ª—43ᵇ **Quaestiones super libro Aristotelis de generatione et corruptione.** „Queritur primo circa librum de generacione et corrupcione utrum voces significent re existente et non existente . . .“ × „de mixtis perfectis. Et sic est finis Deo gracias Amen.“

1294 *L. L.*

membr., saec. XIV., ff. 72, 31 × 22·5 cm, invol. antiquum simplex membr. cum dorso e corio confecto.

In operc. sup. intrinsecus: „Testudo“. — „In Methaphisica commentum. H 66“. — „Dni Odoleni plebani . . . Odolenus plebanus in Insula Prage quondam mansiōnarius in nihilo obligatus est, sed debeo solus.“

In operc. sup. intrinsecus et in folio praeligato variae annotationes. In f. praeligato verso: „Dni Odoleni plebani in bonis abbatisse s. Georgii.“

Commentarius in Metaphysicam. „Triplex est principium inmediate causans res . . .“ [Finis deest.]

In operc. inf. intrinsecus variae annotationes.

1295 *L. LI.*

chart., saec. XV. (1448-1450), ff. 145, 31·6 × 22 cm, involucrum simplex membr.

Involucrum membr. confectum est e fragmentis cuiusdam libri de agricultura saec. XIV. („Capitulum VII. de intrinseca disposicione curie. Curiam predictam intrinsecus disponat huiusmodi . . .“). — In operculo sup. extrinsecus monogramma Hilarii Litomericensis.

In operculo sup. intrinsecus registrum quaestionum.

1ª—7ᵇ **Nicolai Boneti Introductorium in Metaphysicam.** „Cum omnis noticia preexigat omnino scire interpretaciones terminorum . . .“ × „Explicit excerptum fratris Nicolai Boneti ordinis fratrum minorum introductorium in Methaphisicam 1450. Qui me scribebat Hilarius nomen habebat de Lithomeřic, baccalarius arcium.“

8ª—12ᵇ vacant.

13ª—84ᵇ **Antonius Andreae: Quaestiones super libro Methaphysicae.** „Quia secundum doctrinam Aristotelis . . .“ × „Expliciunt questiones libri Methaphisice fratris Anthonii ordinis minorum, doctoris dulcis, scripte in universitate pragensi in collegio Reczkonis per Hilarium de Lithomierzicz anno Christi Millesimo quadringentesimo quadragesimo octavo.“

85ª—113ª **Antonius Andreae: Quaestiones super libro de anima.** „Circa prologum de anima nota primo . . .“ × „Expliciunt questiones libri de anima fratris Anthonii ordinis minorum, magni philosophi, scripte per Hilarium de Lithomericz anno Christi 1448 infra dies caniculares in collegio Reczkonis.“

113ᵇ—114ᵇ vacant.

115ª—145ª **Antonius Andreae: Quaestiones de philosophia naturali.** „Cum secundum doctrinam Aristotelis in plerisque locis . . .“ × „Iste questiones

sunt in universo XII, quas frater Antonius Andree determinavit anno, quo legit naturalia in Monte sono, scripte per J. de Srlyn in collegio Reczkonis anno Dni MCCCCL. Amen."

1296 *L. LII.*

chart., primum dim. saec. XV., ff. 189, 31 × 22·3 cm, involucrum antiquum simplex membr. cum dorso e corio confecto.

In operc. sup. extrinsecus: „Mgri Vincencii de Nova domo, rectoris Egre." — „Pro XL gr."

1^a De ventis: „Nota aput generalem astronomorum dimensionem . . ." (Cum delineatione.)

1^b Tabula adverbiorum numeralium. („Millesies, cencies . . ."). — Metra de numeralibus distributivis. („I monos V quinos, X denos . . .")

2^a Tabula exemplorum in numeris.

2^b—3^b **Vulgarismus i. e. ars de numero vulgari.** „Incipit wlgarismus i. e. ars de numero wlgari . . ." × „Explicit wlgarismus i. e. ars de numero wlgari per quendam religiosum conventus Brewn. [Brewnowiensis?] edita sub anno Dni M^oCCCC^o finita." — 2^b—3^b tabula ad vulgarismum.

4^a **Tabula ad inveniendam coniunctionem et oppositionem cuiuslibet mensis.** „Si per hoc opus volueris coniunctionem sempiterne cuiuslibet mensis invenire . . ."

4^b De sole in signis coeli. „Sol in aquario debet intrare aquam, eo quod Johannes in Jordano baptisavit christum."

4^b—11^a **Calendarium per magistrum Cristanum editum.** 5^a in marg. sup.: „Marthologium istud per magistrum Cristannum est editum."

11^b Tabula continuationis. — Tabula historiarum dominicalium. — Regulae et metra de incisione venae.

12^a—14^b **Declaratio figurae totius mundi.** „Iotus mundus constat ex decem celis . . ."

15^a—15^b vacant.

17^a—34^b **Johannis de Sacrobosco Compendium algorismi cum commentario.** „Si quis sciencias mathematicas pretermiserit . . ."

35^a—36^a De duplicatione, subtractione, divisione e. a. „Si volueris scire, quot oculos in tribus quis proicit . . ."

36^b—37^b vacant.

38^a—74^b **Computus chirometralis cum commentario.** „Ut intencio anima nostre . . . Causa igitur efficiens fuit quidam studens erfordensis, qui anno Dni 1330 hunc librum compilavit . . ." × „velut prius deductum est etc."

75^a—76^b vacant.

77^a—116^b **Johannis de Sacrobosco Computus ecclesiasticus cum commentario.** (77^a initium prologi:) „Scribitur genesis primo capitulo . . ." (78^a initium textus:) „Licet modo in fine temporum . . ." × „quod est contra ecclesiasticam constitutionem."

117^a—117^b vacant.

$118^a—125^b$ **Computus judaicus cum commentario.** (Initium prologi:) „Quia juxta auctoritatem prophete . . .“ (initium textus:) „Me pudet audire . .“ × „quociens reputabit tibi puncta illius hora.“

$126^a—131^b$ **Johannes de Polonia Computus manualis metricus cum commentario.** (Initium prologi:) „Dirige cogitaciones tuas in bonum . . .“ (126^b initium textus:) „Est duplex ciclus . . .“ × „ipsa sequens feria quarta.“

$132^a—134^b$ **Calendarium cum Cisioiano.**

$135^a—136^b$ vacant.

$137^a—149^a$ **Claretus: Liber de astronomia.** (Initium textus:) „Suscipiat vestra grate reverencia . . .“ (Initium commentarii:) „Titulus: Incipit astronomiarius, liber de astronomia tractans, a magistro Clareto ad instanciam cuiusdam abbatis compilatus . . .“ × „Quod Deus ipse dedit mihi, vobis mens mea scribit, | namque darem plura vobis, si sint placitura.“

$149^a—168^b$ **Complexionarius versificatus (Diaetetica).** „Suscipe germane celer hoc munus Mariane . . .“ × „Nam non sum medicus, sed sum brevitatis amicus. Explicit complexionarius . . .“

$169^a—170^a$ **[Diaetetica.]** „In nomine Dei eterni Amen. Regimen conservans salutem . . .“ × „et hec de medicinis oculorum ad presens dicta sufficiant . . .“

$170^a—175^b$ **De curatione quatuor elementorum.**

176^a vacat.

$176^b—185^b$ **Liber aenigmaticus versificatus.** (Initium commentarii:) „Iste liber dicitur enigmaticus quasi de enigmatibus tractans . . .“ (Initium textus:) „Ardua districtum dicet omnia scire magistrum . . .“ × „Quamvis sint pauca, menti fient magis aucta.“

$186^a—189^b$ **Ordo vivendi secundum Aristotelem a Joanne Hispalensi de arabico in latinum translatus cum commentario.** „Hic sequitur modus vivendi phyzyce . . .“ (Initium textus:) „Cum sit corpus corruptibile . . .“ × (finis textus:) „debilitant corpus et exsiccant.“

1297 *L. LIII.*

chart., primum dim. saec. XV., involucrum antiquum simplex.

In operc. sup. intrinsecus contenta libri et vetus sign. „H 28“.

1^a In marg. sup. „Inceptum sabb. post Leonardi 1433.“ — „Liber M. Procopii de Cladrub, sacre theologie professoris, decani ecclesie pragensis.“

$1^a—230^a$ **Jacobus Magni (Le Grand) O. S. Aug.: Sophologium.** „Incipit sophilogium, cuius finis est amare sciencias et virtutes. Illustrissimi principis . . .“ × „Explicit sophilogium editum a fratre Jacobo Magni de Parisius ordinis heremitarum s. Augustini anno D. 1434 Sabbato in vigilia Assumpcionis s. Marie Virginis die 14. mensis Augusti etc.“

$230^b—232^b$ registrum.

$233^a—240^b$ vacant.

$1^a—414^a$ **Johannes Britannicus (Parvus, Sarisberiensis): Policraticus.** „Incipit Policraticus Johannis de Britannia, de nugis philosophorum. Liber primus. Si michi credideris, lingwam cohibebis . . .“ × „Explicit liber Jo-

hannis de Britannia de nugis philosophorum. Scriptum per me Heinricum Han ad peticionem domini mei mgri Johannis Schindels . . .“

414ᵇ—421ᵃ Capitula libri. „Incipiunt capitula in libros Johannis de Britannia Policratici, episcopi sabiriensis [sic], de nugis curialium et philosophorum vestigiis. Et est presens liber Johannis Schindel mgri arcium liberalium et doctoris artis medicine scriptus anno Dni Millesimo cccc 33 die octava Octobris . . .“

1298 *L. LIV.*

membr., saec. XII.-XIV., ff. 115, 29·2 × 21 cm, involucrum antiquum simplex.

Operculo sup. intrinsecus adglutinata sunt fragmenta membr. saec. XIV. missalis. — Operculo sup. adligatum fragmentum membr. cuiusdam scripti saec. XIV. de metallis.

In operculo sup. intrinsecus: „Mr. Johannes de Skutecz incepit de . . . f. III. post Francisci in die Marci confessoris.“

1ᵃ in marg. inf. contenta libri.

1ᵃ—30ᵃ **Alexandri Commentum super librum metheorum.** „De primis quidem . . .“ × „Anno Domini M⁰CC⁰LX⁰ in vigilia Mathei euangeliste explicit. Benedicta Dei mater virgo Maria.“

30ᵇ—33ᵃ **Tractatus Averrhois de substantia orbis.** „In tractatu isto intendimus tractare de rebus, ex quibus componitur corpus celeste . . .“

33ᵃ—35ᵇ **Thomas de Aquino: Libellus de ente et essentia.** „Quia parvus error in principio magnus est in fine . . .“ × „In quo sit finis et consummatio huius sermonis. Amen.“

35ᵇ—38ᵇ **Quaestio: Utrum omnia necessum sit fore antequam sint.** „Questionem non immerito . . .“

38ᵇ—44ᵇ **S. Thomas de Aquino: Tractatus de unitate intellectus.** „Sicut omnes homines naturaliter scire desiderant veritatem . . .“ × „vel ignorancie consuletur. Explicit tractatus de intellectu, ubi reprobatur opinio Averrois . . .“

45ᵃ—53ᵃ [manu saec. XIV.] **Petrus de Alvernia: Scriptum super librum de motu animalium.** „Sicut innuit philosophus . . .“ × „Explicit summa super librum de causa motus animalium a magistro Petro de Alvernia.“

53ᵇ—64ᵇ **Aegidii (Columna) O. S. A. Scriptum super librum de bona fortuna.** „Quidam ordinavit . . .“ × „Explicit summa super de bona fortuna tradita a fratre Egidio Romano ordinis fratrum heremitarum s. Augustini.“

65ᵃ—115ᵇ [manu saec. XIII.] **Aristotelis Liber perihermeneias.** „Peripatetici a magistri Aristotele, qui deambulando disputabat, sic dicti. Peri grece, latine de, ermene vocata interpretamenta, inde Peri ermenias De interpretamentis. Magni quidem libri huius apud peripateticam sectam . . .“ × „Explicit liber periermenias.“

65ᵃ in marg. inf.: „. . . iste est liber Mgri Adalberti Rankonis de Ericinio in Boëm., can. ecclesie pragen.“

Operculo inf. intrinsecus adligatum fragm. membr. breviarii lat. saec. XIV.

1299 *L. LV./1.*

membr., alt. dim. saec. XIV., ff. 293, 32 × 23, invol. antiquum simplex.

In operculo inf. extrinsecus: „Liber vicariorum ecclesie pragensis."
Initialis littera picta.

1ª—287ᵇ **Bartholomaeus de Glaunvilla Anglicus: De genuinis rerum coelestium terrestrium et infernorum proprietatibus sive de allegoriis et tropologiis in utrumque testamentum.** „Incipit proemium de proprietatibus rerum fratris Bartholomei Anglici de ordine fratrum minorum. Cum proprietates rerum sequentur . . ." „Explicit tractatus de proprietatibus rerum editus a fratre Bartholomeo anglico ordinis fratrum minorum. Item de auctoribus, quorum auctoritatibus iste liber est compilatus."

288ª—289ª [alia manu] Tractatus medicus. „Conferunt cerebro fetida . . ." × „omne nimis ventosum. Explicit."

290ª—293ª registrum.

1300 *L. LV./2.*

chart., saec. XIV. exeunt., ff. 159, 29·8 × 21·5 cm, involucrum antiquum simplex.

1ª—157ª **Bartholomaeus de Glaunvilla Anglicus: De genuinis rerum proprietatibus.** „Cum proprietates rerum sequantur . . ." × „reddit steriliorem et in omnibus viliorem."

157ᵇ—159ª vacant.

159ᵇ Catalogus cuiusdam bibliothecae complectentis 32 libros. („Registrum librorum. 1. Biblia. 2. Racionale . . ." × 32. Lectura super Matheo.")

1301 *L. LVI.*

membr., saec. XIII., ff. 36, 24 × 11·5, involucrum antiquum simplex membr.

Decimi Junii Juvenalis Satyrae notis marginalibus et interlinearibus illustratae.

Cfr. Kelle, Die klassischen Handschriften in Prager Bibliotheken (Abh. der k. b. Gesellschaft der Wissenschaften 1871—1872, VI. Folge 5. Band), pag. 27—29.

1302 *L. LVII.*

membr., alt. dim. saec. XIV., ff. 72, 23·5 × 16·8 cm, involucrum e fragm. membr. manu scriptorum lat. saec. XIV.

1ª in marg. sup.: „Liber pronosticacionum. De animalibus. H. 34."

1ª—23ª **De prognosticatione.**
„Sciencia pronosticacionis est multum . . ."

24^a—35^b **Tractatus de arte medica.** „Sicud cetere artes inicium habent ab experimento . . .“

36^a—37^b **Liber de generatione.** „Generandi principium temporis, in quo sperma . . .“

37^b—39^b **Tractatus de animalibus.**

40^a—52^b **Johanitii (Honein ben Issac) Isagogae.** [Initium deest] × „quidam recentes. Finis Johannicii.“

52^b—58^a **Expositio libri Theophili de urinis.** „Intellectus futurarum rerum . . .“ × „Expliciunt glosse urinarum.“

58^a—59^b **Expositio libri Philareti de pulsibus.** „Quoniam omnium concretorum quadruplex apud philosophos reperiatur principium . . .“ × „Finis pulsuum.“

60^a—67^b **Expositio cuiusdam tractatus medici.**

[Initium et finis desunt] „. . . Dominancia dicuntur illa membra, quibus ad suum regimentum corpus indiget . . .“

68^a—72^b **Expositio cuiusdam tractatus medici.** [Initium deest] „. . . die critica proxima . . .“ × „ebibitur a pulmone et emittitur in aerem.“

1303 *L. LVIII.*

membr., alt. dim. saec. XIV., ff. 17, 24·6 × 17·8 cm, integumentum antiquum simplex membr.

Reportata libri de quatuor complexionibus.

In operculo sup. intrinsecus registrum quaestionum („Hec sunt questiones disputate circa librum de quatuor complexionibus . . .“).

1^a—17^a „Intellectum curans et secundum hunc operans est amantissimus Deo. Hanc proposicionem . . .“ × „si vir est proprie intentus a natura, quod ergo mulier sit intenta a natura per accidens.“

1304 *L. LIX.*

membr., primum dim. saec. XIV., ff. 82, 23·3 × 17·5 cm, involucrum antiquum simplex, bullis ornatum.

In scheda operculo sup. extrinsecus adglutinata: „Liber medicinalis“.

In operculo sup. intrinsecus: „Liber G. G. wyssegn.“ — Catalogus quidam medicamentorum. — Praecepta lat. medica („contra scabiem . . .“).

1^a—43^b **Tractatus de conservatione sanitatis.** „Omne tulit punctum, qui miscuit utile dulci . . . Idcirco ego humilis et devotus qualiscumque phisicus domini S[igfridi] sola miseracione divina Ratisponensis episcopi, imperialis aule cancellarii . . .“ × „dirigente Deo omnipotente Amen.“

43^b—46^b **Vitia medicinarum.** „Incipiunt vicia medicinarum. Si purgandus aliquis pillullas acceperit . . .“

46^b—47^a De spasmo. „Spasmus potioratus accidit . . .“

47^a—56^b De pomo ambrae. — De pulveribus. — De electuariis. — De syrupis. — De emplastris. — De unguentis. „Incipit pomambre. Pomum ambre duplicatur . . .“ × „capita puerorum scabiosa.“

56^b—70^b **Antidotarius.** Incipit antoditarius [sic]. Aurea dicta est ab auro..." × „et libidinem excitat."

70^b—72^a De electuariis et pulveribus variis.

72^a—73^b **Synonyma herbarum.** Arthemesia..." × „Zucozaria..."

73^b—75^b **Synonyma lat.-germanica.** „Synonima deutonice. Arthemisia i. e. bilor. Absinthium. Alosanctus wermued..." × „Tormeutilla pilos, pentafilon non habet illos."

75^b—76^b **[Rogeri Salernitani?] „Quid pro quo."** „Pro aristologia ruta domestica..."

76^b—78^b **De gradibus herbarum.** „Perfecte igitur comparate sunt medicine..."

78^b—79^a **[Prognosticon anni versificatum respectu habitu ad diem hebdomadis, in quam cadit initium anni.]** „Ut noscat... quid tempore duxerit annus, hoc scriptum longe sat pandit rite Sibille. Si feria prima fuerint iani forte kalende..."

79^a—79^b **[De signis bonis et malis.]** „Item si in itinere fueris et lupum videris, bonum signum..."

79^b **„Dieta bona."** „Incipit digeta bona. Adversus omnes impetus morborum..."

79^b—80^a „Hic incipiunt epistole Ypocratis ad imperatorem Menenatem [?]. Mense Januarii nullum sanguinem minuas..." × „Hiis utens .... omne tempus etatis tue non indiges officio medicorum".

80^a—82^b „Hic incipitur flebotomia secundum aureum numerum formata. „Ein ader ietwederthalben auf der Stirne. Ist guot zelazzen fur allen ſmerzen..." × „waz iegleih guot ſei oder niht. Amen. Finito libro sit laus et gloria Christo. Explicit expliceat ludere scriptor eat."

In operculo inf. intrinsecus: „Ista fugant medicum: alienacio ve[he]mens cum febre..."

Cfr. Sternberg, Abhandlungen über die Pflanzenkunde in Böhmen I. (1817) pag. 40.

1305 *L. LX.*

membr., alterum dim. saec. XIV., ff. 128, 23·2 × 17 cm, involucrum antiquum simplex bullis ornatum.

Operculo sup. extrinsecus adglutinata est scheda cum inscriptione: „Summa experimentorum Petri de Hispania."

In operculo sup. intrinsecus contenta libri; dein: „pro 3 flor." — „Iste liber est Dni Walentini de Wessele baccalarii arcium plebani veri in Slussczicz."

In folio praeligato praecepta medica („Contra ydropsim" e. a.)

1^a—22^a **Petri Hispani Thesaurus pauperum.** „Incipit summa experimentorum Mgri Petri Yspani, qui dicitur thesaurus pauperum. In nomine sanctae et individue trinitatis... Opus supra vires agredior..." × „Explicit summa experimentorum Mgri Petri de Yspania, que dicitur thesaurus pauperum."

22^b vacat.

23^a—54^b **Isaac filius Salomonis: De febribus.** „Incipiunt febres Ysaac Quoniam te, fili carissime Iohannes..." × „Expliciunt febres Ysaac Amen."

55^a **Isaac filius Salomonis: Definitiones.** „Collectis ex dictis philosophorum . . . Plures eorum, qui antiquorum libros inspexerunt . . ." [Tractatus a scriptore inceptus, ad finem non perductus.]

55^b—56^b vacant.

57^a—83^a **Diaetae universales.** „Incipiunt diete universales. Quod in primis coegit antiquos disputare de naturis ciborum et potuum . . ." × „Expliciunt diete universales."

83^a—114^a **Diaetae particulares.** „Incipiunt diete particulares. Conplevimus in primo libro universales significaciones . . ." × „Expliciunt diete particulares."

114^b—115^b **De secretis secretorum Aristotelis.** „Oportet ergo te, Alexandre, cum a sompno surrexeris . . ." × „ver incipit. Explicit liber de secretis secretorum Ar."

116^a **Isaac filii Salomonis Liber de urinis a Constantino Casinensi in latinum translatus.** „In latinis quidem libris . . ." × „Expliciunt urinae Ysaac translate a Constantino."

127^b—128^b [**De coloribus urinae.**] „Cum enim in humano corpore quatuor sint proprietates . . ."

In operculo inf. intrinsecus: „Capitula dietarum particularium." — In margine sup.: „feria III. ante Johannis Baptiste liber Isaac legi inceptus."

Cfr. Sternberg, Abhandlungen über d. Pflanzenkunde in Böhmen I. (1817), pag. 41.

1306 *L. LXI.*

membr., primum dim. saec. XIV., ff. 74, 24·4 × 17 cm, involucrum antiquum simplex cum bullis.

In operculo sup. intrinsecus manu saec. XV.: „Nota. Qui capit uxorem, capit absque quiete laborem . . ."

„Incipit liber sompniorum latine doctus loqui a Leone, imperialium epistolarum interprete, temporibus magni imperatoris Manuel." „Quamquam optime preceptor . . ." × „Explicit liber sompniorum . . ."

1307 *L. LXII.*

membr., primum dim. saec. XIV., ff. 132, 24·5 × 17·8 cm, involucrum antiquum simplex.

1^a—49^a **Aristotelis Liber Analyticorum priorum cum commentario marginali et interlineari.** „Primum oportet dicere . . ." × „Explicit liber priorum."

49^b—83^b **Aristotelis Liber Analyticorum posteriorum cum commentario marginali et interlineari.**

„Omnis doctrina et omnis disciplina . . ."

84^a—105^b **Aristotelis Liber Elenchorum cum commentario marginali et interlineari.** „De sophisticis autem elenchis . . ."

106^a—109^a **Aristotelis Liber de sensu et sensato.** „Quoniam autem et de anima . . ." × „Explicit liber de sensu et sensato. Amen."

109^{a}—111^{b} **Aristotelis Liber de somno et vigilia.** „De sompno autem et vigilia considerandum est . . .“ × „Explicit liber de sompno et vigilia Amen.“

111^{b}—113^{b} **Aristotelis De motu animalium.** „De motu antem communi animalium . . .“ × „reliquum antem de generacione dicere.“

113^{b}—114^{a} **Aristotelis De longitudine et brevitate vitae.** „De eo autem . . .“ × „Explicit liber de longitudine et brevitate vite.“

114^{a}—117^{b} **Aristotelis Liber de morte et vita.** „De iuventute et senectute et vita et morte . . .“ × „Explicit liber de morte et vita. Amen.“

117^{b}—118^{b} **Aristotelis Liber de memoria et reminiscentia.** „De memoria autem et reminiscencia . . .“ × „Explicit de memoria et reminiscencia Amen.“

118^{b}—128^{a} **Aristotelis Libri de anima.** „Bonorum honorabilium noticiam“ × „significet aliquid alteri. Explicit lib. de . . . [radendo deletum].“

128^{a}—132^{b} **Tractatus de compositione corporis coelestis.** „In hoc tractatu intendimus perscrutari de rebus, ex quibus componitur corpus celeste . . .“

132^{b} „Iste liber est Johannis de Hradecz et est emptus pro grossis 13 . . .“

1308 *L. LXIII.*

chart., 1465, ff. 183, 24 × 17·2 cm, involucrum antiquum cum laminis affabre elaboratis.

1^{a}—92^{b} **M. T. Ciceronis Rhetorica.** „Saepe et multum hoc mecum cogitavi . . .“ × „Explicit liber Rhetoricorum M. T. C. In domo domini Andree de Leonibus, civis inclite civitatis Bononiensis.“

93^{a}—96^{b} vacant.

97^{a}—181^{b} **M. T. Ciceronis Rhetorica nova.** „Etsi negociis familiaribus impediti . . .“ × „diligencia consequemur exercitacionis. M. T. C. Rhetorice nove liber explicit Bononie 1465 die Iunii hora XXIII. H E. Deo gracias.

182^{a}—183^{a} **Johannis Lamolae Rhetorica brevis:** „Breviter Johannis Lamolae De oracionis ornato. Omnimoda et perfecta . . .“ × „Si cito fiet, numquam bene fiet. Explicit.“

De initialibus pictis cfr. Podlaha, Soupis: Knihovna kapit. pag. 203, fig. 241; Topographie pag. 215.

1309 *L. LXIV.*

chart., alt. dim. saec. XV., ff. 146, 24·1 × 17·7 cm, involucrum antiquum simplex.

Operculis adligata sunt fragm. membr. cuiusdam scripti theologici saec. XIII.

1^{a}—40^{b} **M. T. Cicero: De naturis deorum.** „Cum multe res in philosophia nequaquam adhuc satis explicate sint . . .“ × „esse propensior.“

41^{a}—42^{b} **Epistolae familiares Pauli et Senecae.** „Lucius Anneus Seneca Cordubensis Fotini stoici discipulus . . .“

43^{a}—48^{a} **Basilii Magni Liber de antiquorum libris legendis interprete Leonardo Bruno Aretino praecedente praefatione ad Colucium Salutatum.** „Ego tibi hunc librum, Coluci . . .“ × „Magni Basilii liber explicit feliciter etc.“

48^b-53^b **Plutarchi Liber de liberis educandis translatus in latinum a Guarino de Verona.** „Angelo Corbinelo civi Florentino Guirinus de Verona de greco in latinum Plutarchus de liberis educandis. Maiores nostros, Angele mi suavissime, non admirari . . .“

54^a-72^a **Platonis Phaedon interprete Leonardo Aretino Bruno.** „Ipse affuisti, o Phedon . . .“ × „Finis grande cum labore in die s. Donati anno Christi 1459 in studio bononiensi per Wenceslaum Křižanow, sacre pagine professorem licet minimum. Corrige lector celerem scibendi cursum, si quepiam demum repereris.“

72^b vacat.

73^a-74^b Excerptum e Gorgia Platonis. „Platonis Gorgias sic habet in fine cum disputabat Socrates de rethorica cum Gorgia . .“

75^a-75^b vacant.

76^a-83^a **Socratis apologia per Leonardum Aretinum e graeco in latinum traducta.** „Socrates philosophus vir omnium innocentissimus atque iustissimus . . .“ × „Finis Bononie XI. die Julii anno Christi etc. 1459 per mr. theologie Wenceslaum Křižanow.“

83^b-91^b **Guarinus Veronensis: Vita Platonis.** „Gwarinus Veronensis ad clar. phisicum Philippum Mediolanen. Platonis vita. Multum diuque animo verti Philippe, vir doctissime . . .“ × „Finis Platonis vite per Wenceslaum de Křižanov . . . in studio Bononiensi.“ (Cfr. Hain 13.124.)

92^a-92^b **Leonardus Aretinus Brunus: Demosthenis ad Alexandrum oratio e graeco traducta.** „Nichil habet, rex Alexander, vel fortuna tua maius . . .“ (Cfr. Pseudo-Callisthenes II., 5.)

93^a-98^a **Xenophontis Liber de vita tyrannica et civili per Leonardum Aretinum e graeco in latinum traductus.** „Xenophontis philosophi quemdam libellum . . .“ × „Laus Deo de fine Xenofontis de tiranno.“

98^a-98^b „Leonardus Deretius improbat veterem translatorem Ethicorum . . .“

99^a-105^a **Marci Tullii Ciceronis oratio pro Gnaeio Pompeio.** „Quamquam mihi semper conspectus vester . . .“

105^a-107^a **Marci Tullii Ciceronis oratio pro Marco Marcello ab exilio restituto.** „Diuturni silencii, patres conscripti . . .“

107^b-109^b **Oratio in recommendacionem rectoris Bononiae.** „Marcus Cicero, cui tantum tribuit eloquencia . . .“

109^b-110^b **[Antcnius Panormita Beccadelli]. De victorioso rege.** „Nota pulcrum hic. Constituerant cives Neapolitani uno omnium consensu regem triumphantem accipere . . .“ × „in regiam se tandem recepit. Hec scribere lubuit propter latinitatis eleganciam.“ (Cfr. Parallella Alfonsina ed. Freher, Hannover 1611, pag. 96—102.)

110^b-111^a **Oratio facta coram antianis in publico.** „Non sunt, reverendissime domine, magnifici ac potentes domini . . .“ × „nisi feliciter cuncta succedent.“

111^a-111^b **Oratio habita coram duce Venetorum.** „Si eam humanitatem . . .“ × „summis precibus deprecamur.“ [F. 107^b-111^b cfr. cum codice 2499 bibliothecae universitatis Cracoviensis f. 183—190.]

111^{b} **[Alexander Ingratus Bononiensis ad ducem Venetorum Paschalem Malipetrum.]** „Ad eundem metrice principem Venetorum oracio. Si tua condignus . . .“

111^{b} **Ad marchionem Ferariae Borsum.** „O decus Italie, princeps clarissime, salve . . .“

112^{a} „C a r m i n a p u l c r a“. „Ante meos pocius habentur sidera . . .“

112^{a}—115^{b} **Epistolae Porcellii, Georgii Trapezuntini, Leonardi Bruni Aretini, Colucii Salutati.** [Quasdam harum epistolarum vide in editionibus Melii (Florentiae 1741) et Francisci Novati (Romae 1910).]

115^{a}—115^{b} O r a t i o f u n e b r i s d e q u o d a m p r i n c i p e. „Oracio pulcerimma. Michi vero potissimum hoc laudandi munus . . .“ × „cum Christo regnat Amen.“

116^{a}—119^{a} **„Oratio ex parte domini cesaris Fridericii tercii ad beatissimum Calixtum papam tercium per Eneam [Aeneam Sylvium] episcopum Senensem poetam laureatum oratorem missum facta.** „Solent plerique . . .“ × „lacius exponemus.“ (Cfr. Aeneae Sylvii Opera, Basileae 1551, 923—8.)

119^{a}—123^{a} **„Thome de Chaula Siculi ad eloquentissimum dominum Gurellum Uriglam dialogus.“** „Ad Bayas predie michi veteres veteris loci nomine . . .“ × „miseranda calami serie deplorare.“

123^{a}—123^{b} **Epistola Francisci Petrarcae ad Jacobum de Columna Lombariensem episcopum de laureatione sua.** (Ed. „Petrarcae Opera“ Basil. 1554 pag. 1252.)

123^{b}—131^{b} **[Poggii Invectiva in Nicolaum Perottum.]** „Non est mirandum . . .“ (Ed. in „Giornale storico della letteratura Italiana“ vol. 60, 1912, pag. 85—101.)

131^{b}—146^{b} **Epistola Iginii ad M. Fabium de sideribus.** „Iginius M. Fabio salutem. Et si studio gramatice artis . . .“ × „dicere instituimus.“

In operculo inf. intrinsecus: „Constat liber iste 29 cruciatos. Joannes Boemus . . .“

1310 *L. LXV.*

membr., primum dim. saec. XIV., ff. 25, 24·7 × 18 cm, invol. antiquum membr. simplex.

1^{a} in marg. sup.: „Alexii Baccalarii.“

1^{a}—25^{a} **Donati Grammatica compilata a Petro de Mugelin.** „Flores gramatice. Grammatica secundum Priscianum dividitur in quatuor partes . . .“ × „Explicit opus Donati a magistro Petro dicto de Mugelin conpilatum.“

25^{b} **Rota Veneris.** „In principio veneris cum sensibilia et animata . . . hoc opusculum incepi, quem [sic] rotam Veneris volui nominare . . .“ × „facere possit . . .“ [finis deest].

25^{b} in marg. sup. „Mgri Mauricii de B[enešov].“

1311 *L. LXVI.*

membr., alterum dimidium saec. XIV., ff. 116, 25 × 18·5 cm, involucrum novum

1ª in marg. inf. vetus sign. „H 74".

1ª—80ᵇ **Henricus de Bruxella: Quaestiones super libros Analyticorum Aristotelis.** „Tria sunt genera causarum in entibus . . ." × „Expliciunt questiones mgri Henrici de Brucsella supra librum posteriorum analiticorum Aristotelis."

81ª—91ᵇ **Quaestiones super librum Elenchorum Aristotelis.** „Circa librum elencorum queritur . . ."

92ª—92ᵇ vacant.

93ª—116ᵇ **Quaestiones super libros Topicorum Aristotelis.** „Sicut dicit philosophus quarto metheorum versus finem . . ." [Finis deest.]

1312 *L. LXVII.*

membr., primum dim. saec. XIV., ff. 45, 24·5 × 18 cm, involucrum antiquum, e fragmentis lectionarii saec. XIII. cum neumis.

In duobus foliis praeligatis: Magnitudines corporum coelestium. — Longitudines corporum coelestium a terra. — Mensurae. — Pondera. — Orbis terrae depictus. („Ista figura est ex greco sumpta secundum Johannem Damascenum de duodeci votis"). — Nomina ventorum cum expositione.

1ª—19ᵇ **Ali (Haly) filius Abenragel: De iudiciis stellarum.** [In initio desunt 22 folia veteris paginationis] „. . . quando dominus medii celi ingreditur . . ." × „Explicit liber completus de iudiciis stellarum, quem composuit Albolhazery Haly filius Abenragel, de quo laudes et gracias ago per sempiterna secula Deo patri Amen."

20ª—20ᵇ vacant.

21ª—22ª **Tabulae astronomicae.** (Tabula medii cursus planetarum annorum 1339—1378.) „Radices motuum planetarum ad Tholetum." — „Tabula radicum planetarum ad Parisius."

22ᵇ vacant.

23ª **„Incipit filia Alphontii [sic] regis."** „Medius cursus planetarum . . ." 23ᵇ „Medius motus in mensibus"; „Medius motus in horis et fractionibus;" 24ª „In diebus medius motus;" 26ª—35ᵇ „Tabula equacionum;" 38ª „Tabula eclypsis solis;" 38ᵇ „Tabula eclipsis lune;" 39ᵇ—45ª Calendarium cyclorum.

1313 *L. LXVIII./1.*

membr., saec. XIV., ff. 176, 25·5 × 17·7 cm, involucrum antiquum simplex.

In operculo sup. intrinsecus contenta libri.

In fol. praelig.: „pro V flor. Lectura super affor. Ypocratis."

1ª—51ª **Mag. Cardinalis [Petrus Hispanus]: Glosulae supra librum aphorismorum Hippocratis.** „Vita brevis, ars est longa etc. Corpora humana resolucione continua resolvuntur . . ." × „Expliciunt glosule supra librum afforismorum secundum magistrum Cardinalem."

51ᵇ—61ᵇ **Johannes de s. Amando: Notulae super Tegni Galieni.** „Cum nulla ars vel sciencia . . ." × „Expliciunt notule super Tegni magistri Johannis de sancto Amando."

62ª—86ª **Johannes de s. Amando: Notulae super pronostica Hippocratis.** „Restante salute integra . . .“ × „Expliciunt notule supra Pronostica magistri Johannis de sancto Amando.“

86ᵇ—128ᵇ **Johannes de s. Amando: Notulae super regimen acutorum Hippocratis.** „Ut testatur Averoys . . .“ × „Expliciunt notule supra regimen acutorum etc. magistri Johannis de sancto Amando.“

129ª—176ᵇ **Johannicii Liber isagogarum ad Tegni Galeni.** „Incipit ysagoge Johannicii i. e. liber introductorius in tegni. Medicina dividitur in duas partes . . .“ × „genera signorum . . .“ [finis deest].

Operculo inf. adglutinatum est fragm. grammaticae lat. saec. XIV.

1314 *L. LXVIII./2.*

membr., 1386, ff. 138, 24 × 16·9 cm, invol. antiquum simplex.

Operculis intrinsecus adglutinata sunt fragmenta grammaticae lat. versificatae saec. XIV. — In operc. sup. intrinsecus: „Anno Dni MCCCCXXXVIII° feria V. in vigilia vigilie Omnium sanctorum Wenceslaus de Piska cantor ecclesie s. Michaelis civitatis Maioris Pragen. obiit; pro cuius anima oret quisque fidelis.“ — Versus: „Qui capit uxorem, capit absque quiete laborem . . .“

1ª—4ᵇ registrum.

5ª—137ᵇ **Johannes de S. Amando: Concordantiae.** „Incipiunt concordancie Johannis de sancto Amando. Abstinencia cibi nocet . . .“ × „Expliciunt Concordancie Johannis de Sancto Amando scripte Prage per Nicolaum de Slackenwerde anno D. MCCCLXXXVI°.“

137ᵇ—138ª tabula registri.

1315 *L. LXIX.*

membr., saec. XIV. ineunt., ff. 41, 25 × 17 cm, integ. antiquum membr. simplex cum dorso e corio confecto.

In oper. sup. extrinsecus: „Bartholom. practice.

1ª—29ᵇ **Practica medica.** „Practica dividitur in duo . . .“ × „hanc probant ungues.

29ᵇ—33ᵇ **Bartholomaei Anatomia.** „Incipit anathomia Bartholomei. Galienus in Tegni testatur . . .“ × „feminas generant.“

34ª—41ᵇ [alia manu; initium adeo abstersum, ut legi non possit.] **Opus quoddam medicum** (i. a. dyabetes, gonorrea phistula e. a.).

41ª in marg. sup.: „Welyke ſlowo napyſſ dobrzye.“

1316 *L. LXX.*

membr., saec. XIV. ineunt., ff. 24, 23·5 × 17·5 cm, invol. novum.

1ª—15ª **Tractatus de coelo et mundo, a prima causa rerum usque ad hominem** „Quoniam in prologo rhetoricorum ut ait Tullius . . . × „hic IV. particule longitudinem terminemus.“

15^a—22^b **Fulgentius: De fabulis exponendis** „Calliope provinciam loquacitatis ingressa . . .“

22^b—24^b **Ivo carnotensis: Liber medicinalis** „Incipit liber medicinalis ad omnia utilis secundum Ivonem Carnotensium episcopum . . .“

24^b in fine: „Iste liber est Martini Matricularii beate Marie Carn. — Sum, Christe, quod eram, non eram, quod sum, sed dicor utrumque.“

1317 *L. LXXI.*

membr., saec. XIV., ff. 25, 24·4 × 17 cm, integumentum antiquum membr. simplex.

Operc. sup. adligatum est fragm. gradualis lat. saec. XIV. cum neumis („pro defunctis“).

1^a—1^a et 10^a—10^b **Tractatus de natura cognitionis** „Ad cognoscendum naturam cognicionis . . .“ 2^a—9^a **Tractatus de modis sciendi** „Commentator scribit super summa phisicorum hoc: dicitur de homine sciente . . .“ × „sibi reddi Amen. Sum scriptor talis, monstrat mea littera talem; istum scriptorem faciat Christus meliorem.“

9^b Canticum „Gaude virgo, mater Christi, que per aurem concepisti . . .“ cum notis musicis.

11^a—25^a **Expositio cuiusdam scripti de prosodia** 11^a—18^b „Pandere. In parte superiori autor . . .“ [Opus in fine mancum.]

19^a—19^b vacant.

20^a—25^a „Accentus. Superius auctor dicit de quantitate . . .“ × „pluries inveniuntur ut patet in grecismo.“

1318 *L. LXXII.*

membr., alterum dim. saec. XIV. (1396), ff. 76, 26·5 × 18·4 cm, involucrum antiquum simplex.

Eberhardi Bethuniensis Graecismi libri II cum commentario marginali et glossis interlinearibus „Quoniam ignorancie turpiter nubilo excecati . . .“ × „Explicit grecissmus bonus et utilis . . . Anno Domini M⁰CCCXCVI⁰ completus est iste liber in vigilia XI milia virginum.“

1319 *L. LXXIII.*

1^a—32^b membr., 33^a—36^a chart., saec. XIV., invol. antiquum membr. simplex cum dorso e corio confecto.

Johannes Mesue: Summa de rectificatione medicinarum simplicium. „In nomine dei misericordis, cuius nutu sermo recipit graciam . . .“ [Opus mancum, ad finem non perductum.]

1320 *L. LXXIV.*

membr., primum dim. saec. XIV., involucrum simplex membr.

In operc. sup. intrinsecus: „Super de celo et mundo H 67.“

1^a Excerpta varia.

„Scribit philosophus in tercio de anima . . .“ — „Grammatica est utilis

propter tria ..." — „Natura humana materie ancilla est ..." — „Ipsa sciencia quatuor modis impeditur ..."

1b—2a Praefatio in Petri Hispani Logicam. „Ethicorum quarto dicit Aristoteles, quod philosophia habet multas delectaciones ... [2a] ... causa officiens est Petrus Hyspanus, qui hunc librum edidit ..."

3a—43a **Quaestiones super libros Physicorum Aristotelis.** „Quoniam quidem ..." × „et in hoc terminatur octavus liber physicorum."

43a—52b **Quaestiones super libros De coelo et mundo Aristotelis.** „Sicut vult philosophus ..." × „Expliciunt questiones super libro de celo et mundo etc."

52b—59a **Quaestiones super librum de causis.** „Circa librum de causis ..."

59b—78a **Quaestiones super librum de generatione et corruptione.** „De generacione et corrupcione etc. Superius in libro celi et mundi ..." × „Expliciunt questiones super libro de generacione et corrupcione."

78a—78b **[De bono.]** „Phylosophus circa primum librum ethicorum commendat stoycos ..." × „qui ignorant grammaticam et loycam."

1321 *L. LXXV.*

membr., saec. XIV., ff. 65, ff. 1—16 : 26 × 18·5 cm, ff. 17—65 : 28 × 20·3 cm, invol. antiq. simplex.

In operc. sup. intrinsecus: „Mauricii Alexii Baccalarii."

1a—16b **Commentum modorum significandi.** „Ethicorum primo scribit philosophus: turpe est ignorare ..."

17a in marg. inscriptio „Swenelinus cum intersignacione notabilium Gentilis super modo significandi."

17a—45a **Commentum modorum significandi.** „In libro ethicorum scribit philosophus: Bonum est quod omnia appetunt ... Causa efficiens dicitur fuisse Martinus Dacus ..." × „Explicit opus modus significandi."

45b—65b **Accessus Gentilis cum notabilibus super modos significandi.** „Scribitur ab Aristotele in 3. de anima ..." × „sed modus per se ..." [finis deest].

46b „Causa efficiens est magister Martinus Dacus de Dacia regione, qui modo est magister in theologia."

1322 *L. LXXVI.*

membr., saec. XIV., ff. 118, 26·5 × 20·2 cm, involucrum antiquum simplex.

In operc. sup. intrinsecus: „Mauricii Alexii Baccalarii" et contenta libri.

1a—54b **Jacobus de Duaco: Summa libri priorum Aristotelis.** „Super librum priorum queritur primo ..." × „Explicit summa libri priorum a magistro Jacobo de Duaco tradita."

54b: „1382 Julius 8. d."

55a—78b **Nicolai Parisiensis Notulae supra librum elenchorum Aristotelis.** „Diverse sunt virtutes inferendi ..." × „Expliciunt notule magistri Nicolai Parisiensis supra librum elenchorum Amen."

79ª—118ª **M. Gerardi de Mon. Corbon.: Scripta super librum praedicamentorum Aristotelis.** „Incipiunt scripta magistri Gerardi de Mon. Corbon. super librum predicamentorum. Quedam sunt sciencie communes, quedam speciales . . .“ [Pars ultimi folii cum fine evulsa.]

1323 *L. LXXVII.*

membr., primum dim. saec. XIV., ff. 147, 27·4 × 19·2 cm, involucrum antiquum simplex.

In scheda operc. sup. extrinsecus adglutinata: „Liber de intellectu et intelligibili et similium materiarum.“

Operculis adglutinata sunt fragmenta chart. cuiusdam scripti philosophici lat. cursim scripti saec. XIV. exeunt.

In folio praeligato: „Martinovi bratru na ffychty nagemnikom dal fem IIII. gr. dominica palmarum VI. gr.; druhym od ffichty XIIII. gr.“ — „Iste liber est Mgri Dytheri . . .“ — „Liber m. Henrici rectoris in Goslaria“. — Folio verso contenta libri.

1ª—15ª **Liber de intellectu et intelligibili.** „Incipit liber de intellectu et intelligibili, cuius tractatus primus est de natura intellectus . . . Sicut a principio huius operis diximus, sciencia de anima non satis complete haberetur . . .“ × „Explicit liber de intellectu et intelligibili. Qui scripsit scripta, sua dextera sit benedicta.“

16ª—25ª **Thomas de Aquino: De ente et essentia.** „Annuens vestre peticioni . . . [18ª] Quia parvus error in principio . . .“ × „Tractatus Thome de Aquino ordinis predicatorum de encium quidditate et explicit VIII capitula continens.“

26ª—33ᵇ **Liber de commixtione elementorum in elementatis.** „Dubium apud multos esse solet . . .“

33ᵇ—35ᵇ **Boethius: De summo bono.** „Cum in qualibet specie entis . . .“ × „Boecius de Dacia dic. hec.“

36ª—43ª **L. Apuleius Madaurensis: De deo Socratis.** „Qui me voluistis . . .“

43ª—48ª **L. Apuleius Madaurensis: De dogmate Platonis.** „Platoni habitudo corporalis cognomentum dedit . . .“

48ª—48ᵇ **Q. Aurelii Symmachi epistola ad Ausonium.** „Petis a me litteras longiores. Est hoc in nostri amoris indicium . . .“

48ᵇ—50ᵇ **Alkindus: De quinque essentiis.** „Sapiens Aristoteles, ubi dialecticam incepit . . .“ × „Explicit liber Alkindi de V essenciis.“

51ª—66ª **Philosophia moralis.** „Incipit moralis philosophia. Moralium docma philosophorum per multa volumina dispersum . . .“ × „Explicit moralis philosophia.“

66ᵇ—68ª **[Seneca (recte Martinus Braccarensis vel Dumiensis) De moribus.]** „Omne peccatum actio est . . .“ × „socios tue beatitudinis. Explicit.

68ª—68ᵇ **Capitulum de bona fortuna translatum de opere Magnorum moralium Aristotelis.** „Debitum autem utique erit hiis dicere . . .“

68ᵇ—70ª **Capitulum de bona fortuna translatum de Aristotelis libro ethicorum ad Eudemum [lib. VII. cap. XVII].** „Quoniam autem non solum prudencia . . .“

70^a—72^b **Martinus Dumiensis (Braccarensis): Formula vitae honestae ad Mironem regem.** „Incipit prohemium libri de formula virtutum. Gloriosissimo et tranquillissimo . . . Non ignoro clementissime rex . . ." × „Explicit formula virtutum."

73^a—74^b **De Secundo philosopho.** „Secundus fuit philosophus, hic philosophatus est omni tempore silencium conservans . . ."

75^a—106^b **(Pseudo-) Aristotelis Liber moralium ad Alexandrum regem, dictus „Secretum secretorum" a Philippo de lingua arabica in latinam translatus cum epistola interpretis ad Guidonem.** „Incipit liber moralium editus ab Aristotele, quem misit ad magnum Alexandrum regem discipulum suum de regimine dominorum regum vel principum, qui alio nomine dicitur secretum secretorum. Domino suo excellentissimo et in cultu christiane religionis strenuissimo Gwidoni . . ." × „Explicit liber moralium dominorum, qui alio nomine dicitur secretum secretorum."

107^a—113^a **Thomas de Aquino: Liber de sortibus.** „Incipit liber de sortibus editus a fratre Thoma de Aquino . . . Postulavit a me vestra dilectio, ut quid de sortibus senciendum sit, vobis conscriberem . . ."

113^a—114^b **Liber de praesagiis tempestatum.** „De tempestativa presagiis tractati a sole sumamus exordium . . ."

115^a—122^a **Capitulum Agazel de felicitate et cruciatu animae.** × „Agazel in capitulo de felicitate anime . . ." × „Explicit capitulum Agazel de felicitate et cruciatu anime."

122^a—122^b **De imagine speculi.** „Scias equidem quod illud, quod videt homo in speculo . . ."

123^a—127^a **De morte.** „Liber de pomo sive de morte. Cum homo creaturarum dignissima similitudo sit omnium . . ."

127^a—129^a **Liber de ortu substantiarum.** „Scias nichil esse nisi substanciam et accidens . . ." × „Explicit liber de ortu substanciarum."

129^b—132^b **Philonis Hebraei Liber super naturalibus ingeniis.** „Liber vasorum. In nomine Dei misericordis et pii. Incipit liber Phylonis de ingeniis spiritualibus. Quia tuum amice mi . . ."

133^a—134^b **Tractatus de unitate.** „Unitas est id, quo res una dicitur . . ."

134^b—138^b **Alkindi Liber de radiis.** „Omnes homines, qui sensibilia sensu percipiunt . . ." [tractatus in fine mancus].

139^a—147^b [Alia manu scriptus et codici assutus idem tractatus denuo apparet integer]. „Omnes homines, qui sensibilia sensu percipiunt . . ." × „Explicit liber Alkindi de radiis."

1324 *L. LXXVIII.*

1—37 membr., 38—55 chart., alt. dim. saec. XIV., ff. 55, 28·1 × 21·8 cm, invol. antiquum simplex membr. cum dorso e corio confecto.

In operc. sup. extrinsecus contenta libri.

In f. praeligato: „Laurencius de Resm." — „Alexii baccalarii." — „De praecognicionibus."

1^a—27^a **Matthaeus de Eugubio: Scriptum super primo Posteriorum Aristotelis.** [1^a] „Sola determinacio ducit nos ad veritatem . . . [1^b] Omnis doctrina et omnis disciplina . . ." × „Explicit scriptum super primo posteriorum.

Reportatum a mgro reverendissimo Matheo de Eugubio doctore philosophie Bononie per manus Johannis de Allamania scriptum."

28ª—37ᵇ **Linconiensis Lectura in librum secundum Posteriorum Aristotelis.** „Ubi est dubitacio utrum questio ‚si est' sit questio ponens in numerum . . ." × „Explicit lectura Linconiensis super Posteriorum."

38ª—52ᵇ **Quaestiones Alberti super libris Posteriorum Aristotelis.** „Queritur primo circa librum posteriorum utrum sciencie de demonstracione sint quatuor . . ." × „est finis huius libri posteriorum etc. per infinita secula seculorum Amen. Laus tibi sit Christe, quoniam liber explicit iste . . ."

53ª—55ᵇ **Augustini Praedicamenta.** „Summus Aristoteles trutinando cacumina rerum . . ." × „Expliciunt predicamenta sancti Augustini."

In folio operculo inf. adligato catalogus librorum e quadam bibliotheca commodatorum („Questiones philosophorum magister Mauricius de Sandomiria. Item sophismata Alberti idem habet. Item parva naturalia habet Johannes de Albigo. Item philosophiam Aristotelis habet Johannes de Glogovia. It. novam loycam et loycam Alberti et questiones Thome habet Iohannes ligator . . .")

1325 *L. LXXIX.*

chart., alt. dim. saec. XIV., ff. 111, 28·2 × 21·3 cm, invol. antiq. simplex membr. cum dorso e corio confecto.

1ª—8ᵇ **Johannes Buridanus: Quaestiones super librum Porphyrii.** [Initium deest] „. . . ad aliam dicitur, quod sciencia speculativa . . ." × „Has igitur questiones super librum Porphirii disputavit Johannes Byridanus . . ."

9ª—9ᵇ vacant.

10ª—19ª **Quaestiones de Praedicamentis Aristotelis.** „Expeditis quibusdam questionibus super librum Porphirii incidentibus querenda sunt aliqua et super librum predicamentorum . . ." [14ª—16ª lacuna a scriptore vacua relicta] × „quod Aristoteles non dixit ita, sed valde alio modo, scilicet quod qui diffinite novit . . ."

19ᵇ—21ᵇ vacant.

22ª—66ᵇ **Mgri Alberti Sophismata:** Ob rogatum quorundam scolarium . . ." × „Expliciunt sophismata reverendi mgri Alberti de Argumdorff [?] in dominica ante festum sancte crucis hora quasi diei media per manus etc. . . ."

67ª—82ᵇ **Quaestiones circa logicam mgri Alberti.** „Circa loycam Alberti, quam Parisius noviter composuit, primo queritur, utrum loyca sit sciencia practica vel speculativa . . ." × „Expliciunt questiones mgri Alberti reportate per manus Petri Claus disputate Wratislawie [?] anno Dni M⁰CCC⁰66⁰ . . . Expliciunt questiones reverendi mgri Alberti reportate per manus Petri Claus disputate Parisius anno Dni M⁰CCC⁰66⁰.

83ª—90ᵇ **Dicta confusiorum terminorum.** „Hec enim scolaris domina que impetrandi. Hanc proposicionem scribit Boecius in de disciplina . . ." × „Expliciunt dicta confusiorum terminorum. Amen solamen Amen."

91ª—91ᵇ vacant.

92ª—111ᵇ **Quaestiones variae.** „Queritur quot sunt artes liberales . . ." × „est sibi ipsi forma."

In folio operculo inf. adligato delinationes: „laborintus [labyrinthus] hostium" et „laborintus, Dedalis domus."

1326 *L. LXXX.*

chart., alt. dim. saec. XIV., ff. 68, 29 × 22·1 cm, involucrum antiquum simplex membr.

1ª—50ª **Alberti Magni: Summa naturalium cum commentario.** (Incipit comm.:) „Sub umbra illius quem desiderabam sedi . . .“ (Incipit summa:) „Philosophia dividitur in tres partes . . .“ × „et malum gracia desistente. Celi regine sit laus et honor sine fine. Sint tibi cuncta mea commissa dya Dorothea. Explicit summa Alberti conscripta sub anno Dni MºCCCºLXIIº in octava s. Martini, finita in Rakehnspurgam per manus Mathee etc.

50ᵇ Tabula numeralium cardinalium, ordinalium, usualium, distributivorum et adverbiorum numeralium.

51ª—68ᵇ **Expositio libri Boethii de scholarium disciplina.** „Qui moderatur labia sua prudentissimus est. Hanc proposicionem scribit Salomon . . . Vestra novit intencio . . .“

In operc. inf. intrinsecus: „Nicolaus de Broda ungaricali audivit summam naturalium“.

1327 *L. LXXXI.*

chart., alterum dim. saec. XIV., ff. 47, 29·3 × 20·6 cm, invol. antiq. simplex membr.

In operc. sup. extrinsecus: „Testudo“.

In operc. sup. intrinsecus: „Assit in principio sancta Maria meo, ut possim bene complere hunc librum ab omni dampno, sed omni recta racione et virtute complere Amen spracht in . . .“ — „Commentum posteriorum H 77.“

Commentarius in librum posteriorum. „Solvere non est ignorantis vinculum. Istam proposicionem scribit philosophus in tercio methaphysice . . .“ × „Explicit secundus Posteriorum.“

1328 *L. LXXXII./1.*

chart., 1413, ff. 332, 30·5 × 21·2 cm, invol. antiq. simplex.

In operc. sup. intrinsecus: „Secunda pars Katholicon cum ceteris duabus partibus pro V sexagenis“. — „Liber M. Procopii de Cladrub anno Dni 1426 in die sanctorum Donati et Affre.“

In f. praeligato: „Prima pars catholicon ab A usque ad M“. — „H 47“.

Joannes de Balbis (Januensis): Catholicon. Pars I. „Alma interpretatur virgo abscondita . . .“ × „Explicit prima pars katolicon finitus anno Dni MºCCCCXIII.“

1329 *L. LXXXII./2.*

mixtus, primum dim saec. XV., ff. 306, 29·8 × 21·4 cm, invol. ant. simplex

In f. praeligato: „Katholicon pars 3. [sic!] a k usque in finem alphabeti" — „H 47" — „pro 1 sexag. et IIII gr."

Joannes de Balbis (Januensis): Catholicon. Pars II. „K quamvis figura et nomine videantur aliquam habere differenciam cum c . . ." × „Explicit katholicon finitus feria quinta ante festum . . ." [ulteriora desunt].

1330 *L. LXXXIII./1.*

chart., primum dim. saec. XV., ff. 241, 31 × 21·4 cm, invol. antiquum simplex.

In operc. sup. intrinsecus: „In nomine Dni Amen. Anno Dni etc. XXXVII. [1437] feria quinta post Galli . . . incepi legere hoc opus . . ."

Joannes de Balbis [Januensis]: Catholicon pars I. A—E. „Incipit summa que vocatur Catholicon edita per Joannem de Janua de ordine fratrum predicatorum. Prosodia quedam pars grammatice . . ." × „in capitulo de methaplasmo."

1331 *L. LXXXII/2.*

chart., primum dim. saec. XV., ff. 479, 31 × 21·4 cm, invol. antiquum simplex.

1ª in marg. sup.: „Katholicon ecclesie s. Pragen." — „H 46".

Joannes de Balbis [Januensis]: Catholicon integrum. „Incipit summa que vocatur Katholicon edita per Johannem de Janua de ordine fratrum bonorum predicatorum. Prosodia quedam pars grammatice . . ." × „magnificencia, virtus et potestas, regnum et imperium in secula seculorum Amen."

1332 *L. LXXXIV.*

Operculo inf. adligatum est fragmentum membr. instrumenti saec. XIV.: ,,Conservator jurium et privilegiorum honorabilium virorum dominorum magistrorum, doctorum et scolarium alme universitatis studii Pragen . . . honorabili et scientifico viro domino Ade de Nezeticz, decretorum doctori, archidiacono Gradicen. in ecclesia pragen. . . ."

1590 *O. VI.*

chart., saec. XV., ff. 187, 21·8 × 14·8 cm, invol. antiq. simplex.

In operculo sup. intrinsecus variae annotationes theologicae ,,Aureola quibus debetur"; ,,Aureola martirum"; ,,Aureola virginum"; ,,Aureola predicatorum"; ,,Indulgencie an valent defunctis"; ,,Cognitio triplex"; ,,Dotes animae"; ,,Dotes corporis."

1ª in marg. sup.: ,,H. 82, contenta sunt in fine libri."

1ª—18ᵇ registrum.

19ª—32ª **Expositio Fulgentii de imaginibus deorum.** ,,A veritate quidem auditum avertent et ad fabulas convertentur. Tim. IV. dicit apostolus Paulus predicator . . ." × ,,Explicit expositio Fulgencii de ymaginibus deorum secundum fratrem Robertum Astoa magistrum theologie sacre."

32ª—90ᵇ **Metamorphoses moralisatae.** ,,In nova fert animus mutatas dicere formas. Ponit Ovidius primo et ante omnia . . ." × ,,Explicit Methamorfosios moralizatus."

91ª—93ª **Septem aenigmata Aristotelis.** ,,Valerius libro tercio ponit enigmata Aristotelis septem . . ." × ,,Expliciunt enigmata Aristotelis moralizata."

93ᵇ—103ª **Declamationes Senecae moralisatae.** ,,Declamacio prima libri primi. Incipit libellus de declamacionibus Senece. Declamacio I. In civitate Atheniensi . . ." × ,,Expliciunt declamaciones Senece moralizate."

103ᵇ—167ᵇ **Sermo Johannis [Očko de Vlašim] archiepiscopi pragensis et legati post mortem Caroli IV.** ,,Justorum anime . . ." × ,,permanet in secula seculorum amen." Ed. in ,,Fontes rerum boh." III., 423—432.

108ᵇ—110ª **Adalberti Ranconis de Ericinio Epistola apologetica contra Henricum de Oyta.** ,,Reverendi Domini et magistri cupiens respondere exprobrantibus . . ." × ,,Datum Parisiis a. D. MCCCLXXII in die s. Marci evangeliste Domini gloriosi . . ." Cfr. Palacký, Formelb. II., 154—155, Jireček, Čas. čes. mus. 1872, 134.

110ᵇ—118ᵇ **Epistolae de vilitate curiae.** ,,Clericus. Temporibus Berengarii huius nominis primi . . ." × ,,mirificus illustrator accendat."

119ª—141ª **M. Adalberti Ranconis de Ericinio Apologia.** ,,Incipit apologia Adalberti Ranconis de Ericinio in Bohemia, scholastici ecclesie Pragen. indigni, sacre theologye et liberalium arcium professoris studii parisiensis . . ." Cfr. Čas. čes. mus. 1879, 562.

141^b **[Ex sermone s. Bernardi in vigilia ss. Petri et Pauli.]** „Tria sunt que in festivitatibus sanctorum vigilanter considerare debemus . . .“ × „sed maxima est dolorum.“ [Conf. Sermones s. Bernardi edit. in Xeniis Bern. II., 541—542.]

142^a—142^b **[Excerpta ex sermonibus s. Bernardi in solemnitate Omnium Sanctorum.]** „Vulgo dicitur: quod non videt oculus . . .“ [Cfr. ibidem 631 sq., 638 sq.]

143^a—143^b vacant.

144^a—145^b, 148^a—149^b **Recommandationes in promotione baccalariorum.** „Jam restat tercium scilicet nostrum determinantem recommendare, sed laudem superat laudandus . . .“

146^a—147^b **[Auctoritates ss. Augustini et Bernardi de Deo.]** „Quid est Deus. Augustinus 1. confessionum. Da mihi Domine scire et intelligere . . .“

150^a—150^b vacant.

151^a—164^a **Sermo de Apocalypsi.** „Cum aperuisset sigillum sextum Apok. 6. Ista est pars sexta et ultima capituli sexti . . .“

164^b—165^b vacant.

166^a—169^b **[Tractatus de virtutibus et vitiis carens initio.]** „Invidia . . . bonis mali nulla alia causa . . .“

170^a—171^b **S. Bernardi Epistola de hospitalitate.** „Generoso militi et famoso domino Johanni Castri Ambrosii . . .“

171^b—172^a **Alia epistola quod fidelibus in perturbationibus huius saeculi existentibus non sit contristandum.** „Ad Romanam urbem veniens . . .“

172^b—173^b vacant.

174^a—187^b **Commentum de pomo et morte Aristotelis.** „Philozophus Aristoteles in secretis secretorum dicit ad Alexandrum: Preserva animam tuam nobilem . . .“ × „Explicit commentum de pomo et morte Aristotelis reportatum.“

In operculo inf. intrinsecus contenta libri.

1591 *O. VII.*

chart., primum dim. saec. XV., ff. 273, 22·1 × 15·6 cm, invol. novum.

1^a in marg. sup.: „Registrum Magistri Petri de Mladiegowicz super decretum“; in marg. inf.: „Ex bibliotheca Georgii Bartholdi Pontani a Braitenberg, prepositi Pragen.“

1^a—62^a **Registrum materiarum Decreti.** „Abbas a quibus et qualiter sit eligendus . . .“ × „Registrum suprascriptum materiarum decreti ego mgr. Petrus de Mladonowicz consignavi . . . Scriptum in Bathelow anno Dni MCCCCXXXVIII die 6. mensis Maii.“

Cfr. O t t, „Receptionsgesch.“ **102**; „Das Eindringen des kanon. Rechts“ in „Zeitschrift der Savigny-Stiftung“, XXXIV, 88.

62^a—63^b Excerpta ex Decreto.

64^a—69^b **Declaratio super canone missae. (Expositio per Boëmum sub utraque).** „Quia inter omnia sacramenta eukaristie sacramentum . . .“ × „et Spiritum sanctum.“

69ᵇ Posteri manu adscriptum: „1516 . . . Wenceslaus Rossius . . .“

69ᵇ—72ᵇ **Historia de Udone episcopo Magdeburgensi.** „Anno Domini DCCCCI. Ottone tercio imperante . . .“

73ᵃ—114ᵇ **Tractatus pro communione utriusque speciei quoad adultos et parvulos pro audientia Basiliensi adaptatus.** „Ad honorem domini nostri Ihesu Christi crucifixi profectuque ecclesie sue sancte . . .“ × „accipere mereamur. Hec ibi.“

115ᵃ ‚Augustinus de concordia evangeliorum lib. IV. cap. Et accipiens calicem . . .“ — „Id. libro 4. cap. „Post hec autem duobus . . .“

115ᵇ—138ᵇ **Matthias de Janow: De frequenti communione.** „Incipit prologus Mgri Mathie super XXVIII doctores pro quotidiana vel crebra communione corporis et sanguinis Ihesu Christi a plebeis Christianis, qui sic incedit. Ista itaque erit aptissima . . .“ × „qui dat vitam mundo . . .“

Cfr. K y b a l, Matěj z Janova, pag. 61.

138ᵇ—139ᵃ „In primitiva ecclesia omnes qui erant in officio misse, tam laici quam clerici, communicabant . . .“

139ᵃ—145ᵃ **Tychonii Septem regulae ad intelligendum sacram Scripturam.** „Hec omnia liber vite . . .“

146ᵃ—180ᵃ **De sacramentis capitula excerpta de libro Breviloquii Sacrae scripturae.** „De medicina sacramentali capitolum primum. Nunc agendum est de medicina sacramentali . . .“ × „remaneant universi Amen.“

180ᵇ vacat.

181ᵃ—190ᵇ **[Anonymus: De visitatione infirmorum.]** „Visitacionis gracia nepoti meo charissimo morienti extremum valedicturus . . .“ — „Superioris tractatus cursum me clausisse putaveram . . .“ [Cfr. inter opp. s. Augustini, M i g n e, P. L. 40, 1147 et 1151.]

190ᵇ—194ᵃ **Sermo de beato latrone.** „Deus erat in Christo . . .“

194ᵇ—208ᵇ **S. Augustini Sermo.** „Tractatus b. Augustini de X. cordis. Dominus et Deus noster misericors et miserator . . .“ [Cfr. M i g n e, P. L. 38, 75.]

208ᵇ—214ᵃ **Tractatus de indulgentiis.** „Peccatum in scriptura sacra multipliciter accipitur . . .“

214ᵃ „Perlexit [sic] Wenceslaus Rossius a. D. 1520 in Lukawicz oppidulo . . .“

214ᵇ—215ᵇ vacant.

216ᵃ—272ᵇ **[Sermones contra vitia.]** „Hec dicit dominus: Clama ne cesses, quasi tuba exaltasti vocem tuam . . . Istis verbis Dominus loquens per Ysaiam . . .“ × „convertimini ad me in toto corde vestro in jejunio . . .“ [finis deest.]

273ᵃ Modlitba: „Pane Bozie ſtudnyce dobroty . . .“

273ᵇ Fragmentum tabulae minutionum a. 1454.

1592 *O. VIII.*

chart., primum dim. saec. XV., ff. 294, 22 × 15·8 cm, invol. antiquum simplex membr. cum dorso e corio confecto.

Opercula confecta sunt e fragmento bullae Bonifati papae IX., qua cuidam Jacobo reservatur beneficium ad collationem ordinis cruciferorum cum stella in pede pontis Prag.

In operculo sup. extrinsecus: „N. 23." — „Libellus pro ecclesia sancta pragen..." — Intrinsecus: „Libellus Nicolai de Sedlczan sacristani in castro Crumpnowiensi datus Bartholomeo de Crumpnaw, et Bartholomeus dedit pro ecclesia pragen."

ff. 1 et 294 operculis adligata sunt fragmenta cuiusdam scripti saec. XV. ineunt., in quo lectiones de translatione s. Ludmillae et sermo in festo s. Bartholomaei.

2^a—13^b **„Responsio ad duas quasdam replicationes pertinaciter et falsissime factas contra consilium doctorum catholicorum."** „Inprimis ponunt quod fundamentum doctorum super quo fundant omnia sua scripta et consilia est falsum, puta quod quidam clerus in regno Boemie sit pestifer et erroneus..."

14^a—25^b **Errores Viclefistarum.** „Omnes errores Wiclef hic notantur per conclusiones. Sic scribit beatus Gregorius Constantino..."

26^a—35^a **Sermo de corpore Christi.** „Incipit sermo optimus de Christi corpore, ad clerum specialiter. Homo quidam erat dives..."

35^a—35^b Excerpta e scriptis Prosperi et Augustini.

35^b—36^b „Per malum ministrum dona Dei ad nos perveniunt, quando cum fide accipiuntur [auctoritates]..."

37^a—37^b vacant.

38^a—49^b **Disputatio M. Jacobi Parisiensis [de Noviano] pro dominio cleri.** „M. Jacobus. Inter alia disputata ex tempore hec questio versabatur: Utrum viris ecclesiasticis seu clericis liceat aliquid possidere..."

50^a—51^b „Contra quosdam asserentes quod oporteat communicare sub utraque specie, per doctores sacre theologie in sacro concilio Constanciensi existentes ponuntur conclusiones infrascripte..." (Cfr. Hardt III., 586.)

52^a—53^b **Sermo de absolutionibus sacerdotum.** „Contra impugnatores absolucionum sacerdotum. Tibi dabo claves regni celorum..."

54^a—57^b **Tractatus de indulgentiis et de cruciata data contra haereticos.** „Illud autem notandum, quod Christus omnibus apostolis preposuit Petrum..."

58^a—61^a **M. Andreas de Broda: Contra comm. calicis.** „Omnibus Christi fidelibus clericis et laycis salus a Deo patre..." × „et habere pro non dicto." [Alia manu adscriptum:] „Istum tractatum carpit M. Jacobellus hereticus in tribus sexternis, qui similiter incipit: Omnibus Christi fidelibus."

61^b vacat.

62^a—64^a **[De communione.]** „Caro mea vere est cibus. Jo 6...."

65^a et inter ff. 73^b—74^a Fragmenta epistolae Matthiae plebani in Crumpnaw, decani Dudlebensis 1419.

66^a—66^b vacant.

67^a—75^b **[Mauritii de Praga] Sermo de indulgentiis.** „Et quoniam in presenti sollempnitate indulgencia beati patris nostri Francisci fuit divinitus ordinata..." × „et pluit super iustos et iniustos et hoc est sic..."

76^a—101^a **[Guilelmus de s. Amore]** Tractatus de periculis novissimorum temporum. „Ecce videntes clamabunt foris angeli pacis amare flebunt. Ysa. 33. Sicut prophete in sacris litteris appellabantur videntes..." × „Explicit tractatus de periculis novissimorum temporum qui est contra falsos predicatores, finitus sub anno Domini millesimo quadringentesimo sedecimo."

101^b—126^b **Tractatus contra communionem utriusque speciei.** „Eloquenti viro domino A., verbi Dei seminatori in Praga hec epistola detur, fratri suo in Christo dilecto etc. Pro salutacione in Christo Ihesu Domino nostro, dileccione fraterna . . .“ [Ed. Hardt tom III., pars. XIV. 339.]

127^a—145^b **M. Andreae de Broda Tractatus contra communionem sub utraque.** „De sumpcione venerabilis preciosique sacramenti . . .“ × „aliorum contrario more subverti . . .“

145^b—147^a „Secuntur alique proposiciones utiles ad exterminacionem presentis scismatis per viam concilii generalis . . .“

147^a „Secuntur conclusiones episcopi Cameracensis contra proposita per ambassiatores domini Ruperti de Bavaria . . .“

147^b „Quid sit karena . . .“

147^b—148^b „Quod sacramenta per malos sacerdotes non poluuntur. Augustinus in libro de baptismo parvulorum . . .“

148^b—150^b **[Decreta contra haereticos.]** „Decretalium l. V. R. de hereticis Lucius huius nominis III. papa. Canon XII. . . .“

151^a—235 **S. Thomae de Aquino [opus spurium] Tractatus de sacramento corporis Domini.** „Tractatus m. Egidii [correctum in:] b. Thome de Aquino.“ — „Venite comedite panem meum et bibite vinum . . .“ × „Expliciunt sermones magistri Egidii de sacramento altaris.“

236^a—243^b **[Johannes Hus: Tractatus de corpore Christi.]** „Inpugnantibus verba evangelii et ignorantibus circa sacramentum dominici corporis veritatem . . .“ × „resuscitabo eum in novissimo die.“

Cfr. Flajšhans in „Věstník Čes. Akademie“ XI. [1902], 310.

244^a—265^b **Tractatus contra remanentiam panis et vini.** „Visum est non esse inutile quod quidam tractatus . . .“ × „memoratam visionem Amen.“

265^b „Superbia est inordinatus amor excellencie proprie . . .“ × „membris genitalibus abutendi. Hec ewangelicus doctor [Wiclif].“

266^a—270^a **Contra simoniacos episcopos et sacerdotes.** „Quoniam ad subditum loquor vulgus, quos iugiter monere . . .“ × „dare promisisti Amen.“

268^b—269^b **[Johannes Hus: De sanguine Christi.]** „Questio: Utrum Christus omnem sanguinem qui de corpore suo efluxit in eodem corpore hora resurreccionis glorificavit . . . Noto quod Christus sanguinem . . .“

Cfr. Flajšhans in „Věstník Čes. Akademie“ XI. (1902), 310.

270^a—281^b **Mgri Mauritii Tractatus in concilio Constantiensi.** „Utrum laicalem populum communicare sacramento altaris sub utraque specie sit necessarium ad salutem . . .“ × „qui est in secula benedictus.“

282^a—293^a vacant.

293^b et in operculo inf. intrinsecus contenta libri.

1593 *O. IX.*

chart., saec. XIV. exeunt., ff. 97, 22·3 × 15 cm, invol. antiq. simplex.

In operc. sup. intrinsecus: „Pro argorismo quomodo numerus debet scribi nota“ [numeri arabici 1—1010].

1^a „H 19“ et contenta libri.

1^b—2^a vacant.

2^b—10^a **Summa virtutum et vitiorum.** „Desperacio dicit: que et quanta comisisti, quam gravia crimina . . .“ × „sermones meos.“

10^a—19^b **S. Bernardi Tractatus de interiori homine quomodo Dominum invenit in seipso.** „Multi multa sciunt et semet ipsos nesciunt . . .“ × „Expliciunt meditaciones beati Bernhardi abbatis.“

19^b „Nota quod omnia convertimus in usum culpe. Omnia namque que ad usum vite accepimus . . .“ — „Nota de adulatoribus . . .“

19^b—83^b **Auctoritates diversorum doctorum et variae annotationes.** „Nota de virtute. Aug. . . . In hac vita virtus est . . .“ × „Ecce iudicia Dei abissus multa.“

83^b „Nota qui non debent accedi ad sacram communionem . . .“

84^a—88^b vacant.

89^a—89^b **De s. Caprasio.** [Initium deest] „. . . spiciebat. Sub eodem quippe diei articulo . . .“

90^a—91^b **Passio sanctarum virginum Agapae, Chioniae et Irenae.** „Dioclecianus imperator . . .“

91^b—93^b **De s. Afra.** „Tempore quo Diocleciani fervebat insania . . .“

93^b—94^b **Passio s. Eufemiae.** „Consule autem Prisco . . .“

94^b—96^a **De s. Fausta.** „Sub Maximiano imperatore cum pervenisset ad aures eiusdem . . .“

1594 *O. X.*

chart., primum dim. saec. XV., ff. 224, 21·5 × 15·2 cm, invol. antiq. simplex.

Operculis adglutinata sunt fragmenta chart. cuiusdam urbarii saec. XV. ineunt. („Vicus sub claustro. Jessek sutor 1½ gr. taberna, Starostka VI. gr. IIII. p. . . .“)

In operculo sup. intrinsecus contenta libri.

Operculis adglutinata sunt fragmenta membr. grammaticae lat. saec. XIV.

1^a—2^a **[Auctoritates de oboedientia.]** „De obediencia nota. Actuum V.: Obedire Deo magis oportet quam hominibus . . .“

2^b—6^a **De clavibus a Deo sacerdotibus collatis.** „Tu es Petrus et super hanc Petram edificabo ecclesiam meam . . .“

6^a—8^b **Homilia Remigii 3. feria post Invocavit.** „Deus et dominus, auctor et reparator humani generis . . .“

8^b—12^a **Homilia Remigii feria 2. post Laetare.** „Beatus Johannes quia ultimus omnium evangelistarum . . .“

12^a—13^b **De virtute excommunicationis.** „Excommunicacio est a communione ecclesie separacio . . .“

14^a—16^a **Glossa super „Pater noster“.** „Mt. 6⁰: Cum oraveritis nolite fieri sicut ypocrite tristes . . .“

16^b—18^a **Glossa super „Ave Maria“.** „Luce primo capitulo. Ave Maria etc. Angelus Gabriel . . .“

18^a—20^a **Glossa super „Credo“.** „Sequitur super Credo glosa pulchra. Hebreorum XI. Sine fide autem inpossibile est placere Deo . . .“

20^b—22^a **[Johannes Hus] Quaestio ex IV. libro Sententiarum Lombardi d. 12.** „Utrum corpus Christi in sacramento frangitur, dividitur, dilaniatur..." [Ed. Flajšhans pag. 577—580.]

22^a—22^b **[Johannes Hus] Utrum quotidie sit communicandum.** „Dicendum quod sic, cum ecclesia cottidie communicat..." [Ed. Flajšhans pag. 580—582.]

23^a—24^a **[Johannes Hus.]** „Utrum ex transsubstancione panis in corpus Christi incipit esse corpus Christi. Videtur quod sic..." [Ed. Flajšhans pag. 571.]

24^a—24^b **[Johannes Hus] Quaestio ex IV. libro Sententiarum Lombardi d. 19.** „Utrum quilibet teneatur ex precepto ad supernam correccionem..." [Ed. Flajšhans, pag. 616.]

24^a—25^b **[Johannes Hus] Quaestio ex IV. libro Sententiarum Lombardi d. 25.** „De symonia. Queritur quid est symonia..." [Ed. Flajšhans, pag. 639.]

25^b **[Johannes Hus] Quaestio ex IV. libro Sententiarum Lombardi d. B. de haeretico.** „Augustinus: Hereticus est, qui alicuius temporalis comodi..." [Ed. Flajšhans, pag. 586—587.]

Cfr. Flajšhans, „Věstník Čes. Akademie" XI. (1902), 310.

26^a—27^b **De corea.** „Augustinus: Melius est diebus dominicis terram fodere vel arare..."

Cfr. Flajšhans, „Věstník Čes. Akademie" XI. (1902), 751.

27^b De latria et dulia. „Theosebia grece, latine dicitur latria..." — 27^b—28^a „De timore. Timor ut ait Augustinus..." — 28^a—28^b „De effectu confessionis. Ad multa valet confessio..."

28^b—31^a **Quaestio libri Sententiarum III. dist. IX. de imaginibus.** „Utrum licet christianis aliquas ymagines adorare. Et videtur quod non..."

31^a—31^b **[Johannes Hus] Super dist. IX. Libri Sententiarum IV.** „Utrum pollucio nocturnalis impediat eukaristie sumpcionem. Dicendum quod pollucio..." [Ed. Flajšhans, 561—562.]

31^b—50^b **[Johannes Hus] Super varias quaestiones Librorum Sententiarum Lombardi.** „Primi libri distinccio 8. Utrum esse sit proprium Dei. Notandum quod aliquid dicitur proprium.. " [Cfr. Ed. Flajšhans, 392, 431, 404, 529 etc.]

51^a—61^a **[Stephani de Colonia.] Lectura super Isaiam cap. I.—III.** „Habemus firmiorem propheticum sermonem... In hiis apostolus ponit prophetici sermonis certificacionem..." — „Visio Ysaie filii Amos... Iste liber dividitur in duo."

Cfr. Flajšhans, Čas. čes. mus. LXXIX. (1905), 31, 298.

61^b vacat.

62^a—213^b **[Johannes Hus: Themata sermonum.]** „Adventus Domini ante natale in tota universali ecclesia per quatuor agitur septimanas..."

Cfr. Flajšhans, „Věstník Čes. Akademie" XI. (1902), 310, 593-594.

214^a—216^b **Expositio super Apocalypsi 21, 2—5.** „Vidi civitatem sanctam Jerusalem..."

217^a—217^a **Expositio super Luc. 19, 1 sq.** „Egressus Ihesus perambulabat Jericho. Ponitur Zacheus..."

217—221^b **[Sermo de oboedientia superioribus debita.]** „Ait dominus servo: exi in vias et sepes et compelle intrare . . . Duplex servus per salvatorem in evangelio exprimitur . . .“ — 219^b „Ex istis patet quod rex noster Wenceslaus compellendo sacerdotes ad predicandum . . . utitur a Deo sibi concessa potestate. Secundo patet quod archiepiscopus ponens interdictum per totam Pragam . . .“

221^b—224^b **[Johannis Hus Sermo synodalis.]** „Vos estis sal terre. . .“ × „inviolabiliter observetur.“ — „De laude boni sacerdotis et de vituperio mali patet in sermone sinodali qui incipit State succincti.“

1595 *O. XI.*

chart., primum dim. saec. XV., ff. 239, 21·6 × 16 cm, invol. antiquum simplex.

Operculis adglutinatas unt fragm. chart. Physiologi metrici cum commentario saec. XV. ineunt.

In operculo sup. intrinsecus contenta libri et vetus sign. „N. 20.“

Operculis adligata sunt fragmenta membr. grammaticae lat. saec. XIV.

1^a—154^a **Matthiae de Janov Regulae.** „Iste tractatus est M. Mathie Parisiensis, ideo caute legas in eo, ne incidas in errorem.“ — „Ecce ex Deo et coram Deo loquimur, non quasi hominibus placentes . . . Ista verba erant in illo tempore beati Pauli dicta . . .“ × „per multa est disputatum.“

Cfr. Kybal, M. Matěj z Janova, str. 51, 54, 55, 58, 59, 62.

154^b—155^b vacant.

156^a—229^b **Johannes Hus: De ecclesia.** „Tractatus Johannis Hus in concilio Constanciensi condempnatus. Cum quilibet viator . . .“ × „aliis in posterum disserendis.“

Cfr. Flajšhans, „Věstník Čes. Akademie“ IX. (1900), 560; XI. (1902), 310.

229^b—233^a Registrum. In fine: „Anno Dni MCCCCXIII proxima feria post Dyonisii.“

233^a—233^b **De donatione papae a Constantino facta.** „Notabile de dotacione pape. XCVI di. Constantinus. Et sicut imperialibus extat decorata milicia . . .“

233^b „De eleccione prelati dicit canon, ‚Metropolitano‘ LXIII di. sic . . .“

234^a Varia excerpta theologica.

234^b—235^a „Nota secundum Thomam 2. 2. q. 88 tria requiruntur ad votum . . .“

235^b—239^b **Isidori Liber de norma vivendi.** „Age fili ut oportet . . .“

Compluribus locis glossae bohemicae interlineares.

1596 *O. XII.*

chart., primum dim. saec. XV., ff. 247, 21·9 × 15·5 cm, invol. antiquum simplex.

1^a—1^b vacant.

2^a In marg. sup. „E bibliotheca Georgii Bartholdi Pontani a Braitenberg prepositi Prag.“

2ª, 11ª Initiales litterae pictae.

2ª—11ª **Albertanus: De loquendo et tacendo.** „Quoniam in dicendo multi errant . . .“ × „Explicit liber de doctrina dicendi et tacendi, quem Albertanus causidicus Brisiensis composuit sub anno Domini Millesimo CCXL⁰ quinto in mense Decembri.“

11ª—47ᵇ **Albertanus: De consolatione et consilio.** „Quoniam multi sunt . . .“ × „Explicit liber consolacionis et consilii, quem Albertanus causidicus Brisiensis de hora sancte Agathe compilavit atque composuit sub anno Domini MCCXLVI in mensibus Aprilis et Magii.

47ᵇ—119ª **Albertanus: De amore Dei et proximi.** „Inicium mei tractatus . . .“ × „Explicit liber de amore et dileccione Dei et proximi et aliarum rerum et de forma vite, quem Albertanus causidicus Brisiensis de hora sancte Agathe compilavit ac scripsit cum esset domini imperatoris Friderici in civitate Cremone . . . anno domini MCCXXXVIII . . .“

119ª—121ª **Albertanus: Sermo in congregatione causidicorum.** „Hic est sermo, quem Albertanus supradictus composuit et edidit inter causidicos. Congregacio nostra sit in nomine Domini . . .“

124ª—129ᵇ **Albertanus: Sermo factus super illuminatione et super spirituali et corporali refectione, quae sunt necessaria in refectione.** „Orate dominum fratres, ut misterio sue sanctitatis . . .“

129ᵇ—135ᵇ **Albertanus: Sermo in congregatione causidicorum.** „Sermo quem Albertanus causidicus Brisiencium composuit et edidit inter fratres minores et causidicos Brisien. et in congregacione quam faciunt more solito, et quomodo debemus intelligere super egenos et pauperes secundum prophetam dicentem: Beatus qui intelligit etc. In nomine Domini Amen. Fratres mei ad honorem Dei . . .“

135ᵇ—142ᵇ **Albertanus: Sermo factus ad cognoscendum, quae sunt necessaria in convivio.** „Domine labia mea aperies . . .“

142ᵇ—145ª **Albertanus: Sermo in congregatione causidicorum.** „Hic est sermo, quem Albertanus causidicus de sancta Agatha composuit, redidit inter causidicos Brisienses aput fratres minores in congregacione solita. Rogate Deum, fratres . . .“ × „Expliciunt sermones Albertani causidici Brisiensis, quos composuit aput fratres minores in congregacione solita. — Isti autem septem tractatus sunt finiti sub anno Domini Millesimo CCCCXVII Sabbato ante dominicam qua cantatur in ecclesia Dei Judica die tercia mensis Aprilis per Gallum dictum Jatka de Luna scolaris Pragen., necnon servitorem domini Andree de Glathovia notarii tabularum terre Regni Boemie et cetera.“

145ᵇ—155ᵇ vacant.

156ª—167ª **De milite et clerico [De vilitate curiae.]** „Temporibus Berengarii huius nominis primi . . .“ × „mirificus illustrator accendat Amen.“

167ª—174ª **Dialogus inter discipulum et magistrum.** „Incipit aliud. Discipulus. Si te a laboribus consuetis abstractum . . .“ × „sis conservator eiusdem in nobis per graciam restitute Amen.“

174ª—179ᵇ **Dialogus inter angelum et hominem.** „Incipit aliud. Angelus contra hominem. Adversum te hominem ingratitudinis vicio laborantem . . .“ × „et suavis iocunditas, ubi tu es Deus cum Patre et Spiritu sancto . . . Amen.“

180ª—239ᵇ **Vita Alexandri Magni.** „Sapientissimi quippe Egiptii scientes mensuram terre . . .“ × „thesauros suos retinet et observat.“

239ᵇ—244ª **De milite poenitente, iterum lapso et e potestate diaboli erepto.** „Erat quidem miles seculi dignitate non infimus . . .“ × „ab hac convalle lacrimarum migravit ad gaudium celorum. Quod gaudium . . .“

244ᵇ—247ª vacant.

247ª [Versus de valore numerico litterarum alphabeti.] „Possidet A numero quingentos ordine recto, atque trecentos B per se retinere videtur . . .“

1597 *O. XIII.*

chart., primum dim. saec. XV., ff. 214, 22·8 × 16 cm, invol. novum.

1ª Contenta libri et vetus sign. „N. 36.“

1ᵇ vacat.

2ª—38ª **Hildegardis Prophetia a Gebenone priore eberbacensi exposita.** „Honorabilibus viris semper in Christo diligendis magistro Remundo scolastico et magistro Reynero canonicis s. Stephani in Maguncia frater Geueno . . .“

38ᵇ vacat.

39ª—39ᵇ **[Johannes Hus: Appellatio ad Jesum Christum.]** In marg. sup.: „Apologia contra papam, perversa.“ — „Quia Deus omnipotens . . .“ × „deficit modicum.“

Cfr. Goll, Ath. IX., 151; Flajšhans, Lit. činnost 114; Věstn. Č. Ak. X. (1901), 40.

40ª—49ª **[Johannes Hus: Sermo synodalis.]** „In omnibus me defectuosum reperiens . . .“ × „in secula seculorum benedicto Amen. Hic sermo predicatus est per venerabilem virum magistrum Johannem de Hussynecz sacre pagine bacc. in sancta pragen. sinodo circa festum s. Luce anno Domini tunc currente MCCCCV et hoc coram domino archiepiscopo Pragen. necnon magistris ac clero eiusdem diocesis pro quo Deus sit benedictus.“

Cfr. Flajšhans, Lit. činnost 114; Věstn. Čes. Ak. IX. (1900), 562.

49ª—52ᵇ **Sermo ad clerum.** „Sic nos existimet homo ut ministros Christi. Scribitur prima ad Cor. 4. et legitur in currenti dominice offiicio. Quam difficile et arduum est . . .“

53ª—62ª **[Johannes Hus: De auferendis bonis temporalibus clericis delinquentibus.]** „Domini temporales possunt ad arbitrium suum auferre bona temporalia ecclesiasticis habitualiter delinquentibus . . .“ × „ne inutiliter consumantur.“

Cfr. Flajšhans, „Věstník Čes. Ak.“ IX. (1900), 563.

62ᵇ—64ª **[Responsio magistri Jacobi magistro Johanni de Jičín].** „Gracia tibi et pax inmortuorum primogenite et principe regum terre, frater karissime . . .“ × „ubique amor.“

64ª—68ᵇ **Responsio magistri Jacobi magistro Johanni de Jičín.** „Gracia tibi et pax . . .“ × „non audeo reprobare.“

Ed. Jar. Goll, Quellen II., 57—60.

69ª—70ᵇ **Mgri Cristani de Prachaticz et Mgri Jacobi de Misa decisio in lite inter sacerdotes Nicolaum et Wenceslaum.** ,,Salus Christi fidelibus, ad quos pervenerint ista scripta. Quia inter discretos viros Nicolaum parte ex una et Wenceslaum parte ex altera sacerdotes predicantes orte sunt quedam materie licium . . .“ × ,,apostoli s. Pauli.“

Ed. Jar. Goll, Quellen II., 51—53.

70ª—72ª **[De conditionibus rectificantibus bellum.]** ,,Bellandi materiam continent infrascripta. Primo notanda sunt que bellum rectificant iustum . . .“ × ,,ut sequamur eius vestigia.“

Ed. Jar. Goll. Quellen II., 53—56.

72ᵇ—74ᵇ vacant.

75ª—96ᵇ **[Jacobi de Misa.] De communione sanguinis.** ,,Prima conclusio: Christus post cenam instituit et ministravit sub utraque specie panis et vini . . .“ [Cfr. Hardt III., 591.]

97ª—100ᵇ **[Contra communionem sub utraque.]** ,,In nomine Domini Amen. Asserunt quidem corpus Christi manducare et sanguinem eius bibere esse preceptum . . .“ × ,,dicite: servi inutiles sumus.“

100ᵇ—103ª **[Johannis Gerson Regulae generales de auctoritate scripturae.]** ,Oblaturus juxta seniorum huius sacri concilii Constanciensis . . .“ × ,,et ita de plurimis.“

Cfr. Hardt III., 766—771.

103ª—104ᵇ **[Johannis Gerson Decem regulae speciales pro expugnanda doctrina Bohemorum.]** ,,Sequitur alter denarius regularum practicarum. In expugnacione erroris et errancium circa materiam de laicorum communione . . .“ × ,,de odio vel invidia haberi . . .“

105ª—110ª **[Sermo ad principes et clerum.]** ,,In nomine Domini nostri prepotentissimi Dei patris eiusque sapientissimi filii . . . Cum ex 2. Ethicorum sermones expetendi sunt secundum subiectam materiam . . .“ × ,,modo perstringam.“]

110ª—113ª **[Sermo ad clerum.]** ,,Mt. XXIIII. Tunc habundabit iniquitas . . . Exemplum dedi vobis ut quemadmodum ego feci et vos faciatis . . . Reverendi in Christo patres, fratres et amici carissimi, locuturus in medio vestrum . . .“

113ᵇ—117ᵇ vacant.

118ª—118ᵇ **[Johannes Hus: De sex erroribus.]** ,,Augustinus super Gen. ad literam. Non est phas aliquem creatorem nisi Deum credere . . .“ [In fine mutilum.]

Cfr. Flajšhans, ,,Věstník Čes. Akademie“ IX. (1900), 561.

119ª—122ᵇ **[De corpore juris.]** ,,Corpus juris dividitur in canonicum jus et jus civile . . .“

123ª—153ª **[Procopius de Kladrub.] Tractatulus de ecclesiastica communione sacramenti altaris.** ,,Spiritus manifeste dicit quomodo in novissimis temporibus discedant quidam a fide . . . Scribitur 1. Thim. IV. cap. Quia primus homo ex culpa propria . . .“ × ,,ad vitam eternam finaliter perveniere adiuvante Domino nostro Ihesu Christo . . .“

153ᵇ—164ª **Tractatulus de veneratione sanctarum imaginum.** ,,Cum nonnulli impii homines ymagines Christi . . .“ × ,,honorando igitur filios

Dei ipsum Dominum Deum honoramus qui est benedictus in secula seculorum Amen."

164ª **[De prohibitione communionis sub utraque tempore Silvestri papae.]** „Et sic per beatum Silvestrum prohibicio prima facta est. Temporibus illis . . ." [Ed. Dr. Joh. Sedlák, „Několik textů z doby husitské," pag. 24—25.]

164ᵇ—170ᵇ vacant.

171ª—190ᵇ **M. Andreas de Broda [?]: Propositiones de fide.** „Pro salutacione in Christo Domino Ihesu dileccione fraterna . . ." [Ed. Hardt tom. III., pars XIV., pag. 339.]

191ª—214ᵇ **Idem tractatus.** „Eloquenti viro domino A., verbi Dei seminatori . . . Pro salutacione in Christo Ihesu domino nostro dileccione fraterna . . ." × „desiderans salutem anime mee et anime tue et omnium animarum omnium hominum."

1598 *O. XIV.*

chart., saec. XV. ineunt., ff. 239, 21·5 × 14·8 cm, invol. antiq. simplex membr. cum dorso e corio confecto; operculum sup. deest.

1ª „Liber mgri Iohannis de Cubito."

1ª Remedium contra pestilentiam. „Primo autem die quando senserit apostema . . ." — Versus de confectione pillularum. „Tres partes aloe de mastice quarta terantur. . . ."

1ᵇ—18ª **Excerpta de libro Palladii de agricultura.** „De plantacione arborum et insercione surculorum. Mense Novembri locis calidis . . ."

18ᵇ Varia praecepta medica. „Ad clarificandum visum accipe fel leporis . . ."

18ᵇ—20ᵇ **Hippocratis Epistola ad Mecenatem de regimine sanitatis.** „Ipocras Mecenati suo salutem. Libellum quem cogroganti tibi promisi . . ." × „nec medicis indigebis."

20ᵇ—21ᵇ **[Virtutes herbarum.]** „Arthemisia que dicitur mater herbarum . . ."

22ª—22ᵇ [Varia praecepta medica.] „Salsa ad hyemem. Recipe herbas salvie, mente . . ." — „Pro oculis. Oculi cum dolent . . ."

23ª—74ᵇ **Liber de natura rerum (Summa medicinae).** „Incipit prologus in libro de natura rerum. Naturas rerum in diversis auctorum scriptis late per orbem sparsas inveniens . . ." × „et sic homo curabitur in brevi."

74ᵇ—102ª **Johannes Beleth: Summa de divinis officiis.** „Incipit summa magistri Jo. Beleth. Auctoritas ieiunii triplex est . . ." × „debere in continencia maxime permanere."

102ᵇ—104ᵇ **Aristotelis epistola ad Alexandrum regem.** „Magno Allexandro regi Aristoteles. Cum sit corpus corruptibile . . ." × „Explicit epistola Aristotelis."

105ᵇ—108ª **[Ordonis de Scheritona. Tractatus de poenitentia.]** „Penitenciam agite, appropinquabit enim regnum celorum legitur in Ecclesiastico . . ."

108ᵇ—118ᵇ **Bohemarius apothecariorum.** „Aloe succus herbe . . ."

Cfr. Sternberg, Beiträge z. Pflanzenkunde v Abh. d. kön. böhm. Gesellschaft 1818; Flajšhans, „Věstník Čes. Akademie" X. (1901), 596.

118b—121a **Nicolai Bohemi Experimenta.** „Incipiunt experimenta fratris Nicolai medici de Boemia, qui fuit in Monte Pessulano XXX annis . . .“ × „quamdiu durabit iste mundus.“

121a [Varia praecepta medica.] „Oleum mellis sic fit . . .“

121b—122b **Aequipolentes medicinae.** „Quia vero ea que sunt utilia in curacionibus . . .“

122b—123b [Varia praecepta medica.] „Lapis si fuerit in homine . . .“ — „Contra scabiem.“ — „Contra epilepsiam.“ — „Remedium contra Noli me tangere.“ — „Ad provocandum sompnium recipe czrni kmyn, netrzesk . . .“

124a—128b **[De fistula, cancro et apostemate.]** „Fistula est ulcus seu vulnus . . .“

129a—148a **Macer de viribus herbarum metricus.** „Sic poterit variis eius succurrere malis . . .“ × „Explicit Macer, qui est ignorantibus acer . . .“

148b—212a **Tractatus de simplicibus medicinis secundum ordinem alphabeti.** „Circa instans negocium de simplicibus medicinis nostrum versatur propositum . . .“ × „et hoc verum est; est finis.“

In marginibus nomina plantarum bohemica.

212a [Varia remedia] „Contra pulices“; „Contra dolorem capitis“; „Ad provocandum sompnum“.

212b—222b [Auctoritates Patrum.] „Gregorius: Jubilus est quando ineffabile gaudium mente concipitur . . .“

222b [Praeceptum practicum germanicum.] „Aqua ad abluendas maculas vestium. Nym IV loth enczien . . .“

223a—228b **Utrum opera magorum et lapidum praetiosorum efficaciam habeant ex impressione corporum supercoelestium.** „Et arguitur quod sic, quia exercitantes illius artis . . .“

229a—239a **Variae medicinae particulares [lat., germ., boh.]** „Contra dolorem dencium. R. radicem urtice minoris zahawky et mastica bene . . .“

In textu occurrunt nomina herbarum bohemica et germanica.

232a „. . . . sed Albicus consulit . . .“ — 234a „Anno Dni MCCCCXXII currente hec scripta in Wratislauia in Slancz . . .“ — 236b „Albicus. Ego feci regimen domino Wenceslao regi Bohemie pie memorie . . .“

240b Contenta libri.

1599 *O. XV.*

chart., saec. XV. exeunt., ff. 372, 21·1 × 15·5 cm, invol. antiquum cum laminis affabre elaboratis.

In operculo sup. intrinsecus: „Alexii baccalarii.“

Operculo sup. adligatum est fragm. membr. psalterii saec. XIII.

1a—14b **[Commentarius in tractatum Aegidii Romani de esse et essentia.]** „Philosophus II. de generacione dicit . . .“ — 1b „Omne esse vel est purum ex se existens . . .“ × „Et sic finitur liber de esse et essencia . . . 1488.“

15a—62a **[Commentarius in tractatum Thomae de Aquino de ente et essentia.]** „Insignis peripatetice veritatis interpres doctor sanctus Thomas . . .“ — 15b „Quoniam parvus error in principio . . .“

63^a—81^a **[Tractatus philosophicus de potentiis animae et de intelligencia.]** ,,Sapiencie 25 scribitur: Aufer de argento rubiginem . . . Hiis verbis a similitudine tria tanguntur . . .“ × ,,In vigilia s. Petri . . . 1488 in studio Cracowiensi.“

81^b—82^b vacant.

83^a—93^a **Commentarius in tractatum Boethii de hebdomadibus.** ,,Sapiencia est dea scienciarum scribit Aristoteles primo prime philosophie. Si quis modicum transgressus fuerit a veritate . . . Postulas sicut ex ebdomadibus nostris . . .“

93^b—94^b vacant.

95^a—101^b **Franciscus de Maronis: Vinculum.** ,,Ab inicio et ante secula creata sum . . . Quia ergo nulla ante seculo creata sunt . . .“ × ,,Et sic finitur tractatus qui dicitur Vinculum Francisci Maronis doctoris sacre theologie ordinis minoris de essencia et existencia multe sublimitatis.“

102^a ,,Incipit liber Ypocratis de natura embrionis. Si sperma . . .“ [Initium tantum.]

102^b—106^b vacant.

107^a—114^b **Tractatus de problematibus corporis humani.** ,,Tractatulus pulcerrimus de probleumatibus incipit. Quare ut dicit Galienus solus homo habeat faciem versus celum elevatam . . .“ × ,,maximas paciuntur infirmitates.“

115^b—118^b vacant.

119^a—150^b [Libellus typis excusus.] **Tractatus Anshelmi in questionibus Cur deus homo.**

151^a—188^b **Quaestiones super libris priorum.** ,,Circa inicium primi libri priorum queritur . . .“

189^a—228^b **Quaestiones super libro posteriorum analyticorum.** ,,Circa inicium libri posteriorum analeticorum queritur primo utrum syloysmus . . .“ × ,,Et sic est finis anno Domini 1486.“

229^a—236^b **Tabulae medii motus planetarum.**

237^a vacat.

237^b—238^b **Expositio tabularum medii motus.**

239^a—240^b vacant.

241^a—250^a **[Quaestiones et dubia super primo libro Physicorum.]** ,,Utrum univoce dicitur materia, forma et privacio . . .“ × ,,Et sic est finis primi libri phisicorum.“

250^b—252^b vacant.

253^a—253^b [Versus indicantes argumentum librorum Aristotelis.] ,,Primus phisicorum. Phisicus errores primus liber anteriores . . .“

254^a—355^b **Commentarius in libros Physicorum Aristotelis.** ,,Queritur an totum diffinitum nocius est quam partes diffinibiles . . .“

356^a—360^b vacant.

361^a—372^b **[Variae quaestiones disputatae.]** ,,Questio per me disputata erit ista: quanto aliquid maius est tanto minus videtur . . .“

1600 *O. XVI.*

chart., saec. XVI., ff. 131, 22·5 × 16·8 cm, invol. antiq. e fragm. membr. manu scripti hebraici confectum.

1[a]—17[a] **P. Ovidii Nasonis liber III. Metamorphoseon notis marginalibus et interlinearibus illustratus.**

17[b]—21[a] vacant.

21[b] Delineatio sphaerae cum zodiaco.

22[a]—70[a] **Expositio tractatus sphaerae Johannis de Sacrobosco.** ,,Antequam ad textum tractatus sphere accedamus . . .“

70[b]—71[a] vacant.

71[b] Annotatio de cultu duliae, latriae et hyperduliae.

72[a] Annotatio de sacramentis.

72[b]—87[a] **Sancti Ambrosii de poenitentia agenda adhortatio cum notis marginalibus et interlinearibus.** ,,Admoneo vos, fratres, in conspectu Dei . . .“

87[a]—90[b] **De poenitentia (cum notis marginalibus et interlinearibus).** ,,De tribus, que in penitencia consideranda sunt. Distin. 16. In perfectione autem penitencie tria observanda sunt . . .“

91[a]—91[b] vacant.

92[a]—120[a] **Hortulus eleganciarum magistri Laurencii Corvini Novoforensis cum notis marginalibus et interlinearibus.** ,,Hortulus eleganciarum magistri Laurencii Corvini Novorensis [sic] partim ex Marci Tullii Ciceronis surculis partim ex suo germinis consitus. In cuius fine describitur Cracovia Polonie metropolis carmine saphico. Has tibi . . .“ × ,,Ex Vratislavia pridie nonas Septembris anno Domini 152. [ultimus numerus deest]. Laurencii Corvini Novoforensis ode sapphica endecasyllaba dicolos tetrastrophos poenice de Polonia et eius metropoli Cracovia.“

120[b]—122[b] vacant.

123[a]—123[b] [Carmen de misericordia.] ,,Quicquid peccabunt multi te dante favorem . . .“

124[a] **Carmen de magnanimitate.** ,,Magnanimem fateor qui quo tueatur honestum . . .“

125[b]—131[b] vacant.

1601 *O. XVII.*

chart., primum dim. saec. XV., ff. 204, 21·9 × 15·5 cm, invol. antiq. simplex.

1[a] in marg. inf.: ,,Georg. Pontanus a Braitenberg.“

1[a]—8[a] **De primitiva ecclesia. De concilio Nicaeno.** ,,Nemo qui scripturas divinas legit ignorat . . .“ × ,,eadem trinitas semper.“

8[a]—11[b] **De concilio Ephesino.** ,,Incipit concilium Ephesinum . . .“

11[b]—12[a] **De concilio Constantinopolitano.** ,,Incipiunt capitola concilii Constantinopolitani . . .“

12[a]—19[a] **De concilio Chalcedonensi.** ,,Incipit concilium Chalcedonense . . .‘

19^a—19^b **Ex concilio Laodiceno quadragesimo.** ,,Non oportet ab ydiothis psalmos compositos . . .“

19^b—21^b **Ex concilio Cartaginiensi.** ,,Honorio Augusto . . .“

22^a—28^a **Gregorii I. papae decreta et epistolae.** ,,Incipiunt decreta Gregorii primi pape de trina mersione bapt. . . .“

28^a—31^b **Quaestiones s. Augustini cantuariensis archiepiscopi et responsiones b. Gregorii papae.** ,,Interrogacio beati Augustini archiepiscopi . . .“

31^b—32^a **Synodus romana habita a Gregorio I.** ,,Regnare in perpetuum . . .“

31^a—35^a **Capitula conciliorum.**

35^b—38^b vacant.

39^a—39^b **[De conciliis.]** ,,Quo tempore concilia celebrari ceperunt . . .“

39^b—41^a **Canones apostolorum.** ,,Incipiunt canones apostolorum per Clementem papam prolati . . .“

41^a—52^b **Epistolae Clementis papae ad Jacobum fratrem Domini.** ,,Domino episcopo episcoporum regenti Hebreorum sanctam ecclesiam . . .“

52^b—55^a **Epistolae s. Clementis scripta discipulis suis.** ,,Clemens Romane urbis episcopus . . .“

55^a—55^b ,,Annotacio synodorum, quarum gesta hic continentur pro parte. Prima annotacio Anquirane synodi . . .“

55^b—57^a **Ordo de celebrando concilio.** ,,Ante solis ortum . . .“

57^b—60^b vacant.

61^a—62^b **Decreta Alexandri I. et Sixti I.** ,,Quid enim aliud est reicere mandatum Dei . . .“

63^a—66^a **Ordo et numerus librorum et capitula totius bibliae.** ,,Primus liber est Genesis . . .“

66^a—92^a **Liber proëmiorum in biblia s. Isidori episcopi.** ,,In Christi nomine incipit liber prohemiorum s. Ysidori episcopi . . .“

92^a—95^b **Compendiosa divisio Veteris ac Novi Testamenti.** ,,Secundum Augustinum in primo libro super Genesi ad literam . . .“ × ,,qui est in secula seculorum benedictus Amen.“

95^a—96^b **[S. Bernardi Epistola de cura rei domesticae.]** ,,Generoso militi et famoso domino Regimundo Castri s. Ambrosii. Doceri petis . . .“

97^a—100^b vacant.

101^a—106^a **[Johannes Hus: De mandatis Domini.]** ,,Cum quilibet Christianus . . .“ × ,,Amen h. e. sic fiat ut oramus.“

Cfr Flajšhans, „Věstník Čes. Akademie“ XI. (1902), 748.

106^a—140^b **[Expositio super „Credo“ missae.]** ,,Nota 14 sunt articuli fidei . . .“ × ,,quod gustatum vitam aufert eternam. Finito libro sit laus et gloria Cristo.“

141^a—144^b vacant.

145^a—172^a **[Johannis de Příbram Apologia cereminiarum missae contra Taboritas.]** ,,Cum firma fide credendum est quod in novissimis diebus instabunt tempora omnibus temporibus ante decursis periculosa . . .“ × ,,non possunt fratres suas fantasias fundare aut munire. Et sic est finis huius materie.“

172^b—176^b vacant.

177ᵃ—200ᵃ **[Jacobus de Misa: De vera existentia corporis et sanguinis Christi in Sacra Coena.] Utrum ex fundamento sacrae scripturae et testimonio antiquorum sanctorum possit ostendi vel credi debeat quod in sacramento altaris corpus Christi de Virgine natum, passum etc. sit in sua propria existentia vel natura.** „Arguitur quod non . . .“ × „et antiquis sanctis esse congestum. Et in hoc sit laus et gloria Deo patri . . .“ (Cfr. Hardt, III., 884.)

200ᵃ in marg. inf.: „Fautor dilecte, suscipe pro bono, quia hunc sexteruum Polonus scripsit satis negligenter etc.“

200ᵇ—204ᵇ vacant.

1602 *O. XVIII.*

chart., primum dim. saec. XV., ff. 147, 21·8 × 15·4 cm, invol. antiquum simplex membr., cum dorso e corio confecto.

In operculo sup. intrinsecus contenta libri.

1ᵃ—1ᵇ [Variae annotationes.] „Dyonisius in ecclesiastica yerarchia c. V.: Ordo proficiencium, qui est superior, habet tres gradus . . .“ — „Hildebertus episcopus Cenomacen. claret qui multa composuit . . .“ — „Augustinus ad Bonifacium comitem. Tria sunt in hoc mundo deteriora omni malo . . .“ — „Gregorius in dialogorum libro de quodam Florencio monacho . . .“ — „Est grave proficere, sed multum suave scire . . .“

2ᵃ **[Versus de computu ecclesiastico de minutione et de domo planetarum.]** „Annus erat nonus solis, luneque secundus, quum fuit Dominus sacra de virgine natus.“

2ᵃ—2ᵇ **[De incisione venae respectu ad signa zodiaci.]** „Aries est primum signum in ordine . . .“

2ᵇ **[De luna et mense lunari.]** „Nota quod luna moratur in quolibet signo . . .“

3ᵃ **[Versiculi de signis sanguinis emissi.]** „Versiculos signa . . .“

3ᵃ [Variae annotationes astronomicae.] „Ignorans numerum qui lune predicit ortum . . .“ — „Iste est ordo sperarum celestium . . .“ — „Nota luna in unaquaque lunacione . . .“ — „Alfraganus. Minima fixarum stellarum visu notabilis . . .“

3ᵇ **De medicina.** „Frenesis et apostema . . .“

4ᵃ **[Annotationes annalisticae ad Bohemiam spectantes 1318—1439.]** „Anno Domini MCCCXVIII locuste venerunt in Bohemiam . . .“ × „de bello Saracenorum.“ [Ed. Höfler, Geschichtschreiber der husit. Bewegung I., 65—66.]

4ᵃ Versus: „Mater quid nate gremio me confove grate; in gremio matris residet sapiencia patris; tu michi nate pater et tu michi filia mater.“

4ᵇ **[Annotationes astronomicae, medicae e. a.]** „Nota quod solsticium singulis annis retrocedit . . . Nunc vero a. D. 1422 solsticium hyemale retrocessit a Nativitate Domini per XI dies et XX horas . . .“ — De solstitio. — De venis. „Nota. In manu usque ad cubitum sunt tres vene . . .“

5ᵃ [Variae annnotationes.] „Legitur in quibusdam libris gentilium: Quidam mgr. Epiphannis philosophus Grecorum invenit in libris antiquis scriptum et direxit s. Johanni Crisostomo numerum annorum ab inicio mundi usque ad

diluvium . . .“ — „S. Thomas de Aquino: secundum astrologos sunt VII planete; a terra usque ad lunam sunt miliaria XV milia VIC XXXV . . .“ — „Serenissime princeps et domine domine rex clementissime. Abbas cum residua parte sui conventus profes. monasterii s. Joh. Baptiste totaliter iam destructi per inundacionem aquarum nimiam . . .“

5^b—12^a **M. Mauritii de Praga Tractatus contra communionem sub utraque.** „Incipit tractatus mgri Mauritii de Praga professi sancte Crucis ordinis beatorum martirum de penitencia editus de mandato sacri concilii Constanciensis contra communionem utriusque speciei approbatus et confirmatus per ipsum concilium. Apostolica docet ecclesia . . .“ × „qua coruscant.“ [Ed. Hardt III., 779—804.]

12^a—12^b **[Decretum concilii Basiliensis de communione.]** „Sacrosancta generalis sinodus Basiliensis in Spiritu sancto legitime congregata . . .“ × „X. kalend. Januarii a. D. 1437.“

12^b—13^b **[De communione sub utraque.]** „Interrogasti me, an communio sub utraque specie per se naturaliter bona sit . . .“ × „sub qualibet specie est integer Christus totus.“

14^a „Hoc vestri ambasiatores postulaverunt sacrum concilium sacerdotibus vestris communicandi sub utraque specie populum . . . Isti articuli sunt lecti in concilio . . .“

14^a—14^b **Articuli oblati a Przibram capitulo Pragensi.** „Anno Domini 1441 cur. die quinta mensis Augusti subscriptos articulos obtulit Przibram capitulo pragensi . . .“ (Ed. Zd. Nejedlý, Prameny 29.)

15^a—28^a **Translatio psalmorum s. Hieronymi iuxta hebraicam veritatem [variantes a vulgata discrepantes].** „Ps. I. In cathedra derisorum non sedit, in congregacione iustorum . . .“ × „omne quod spirat laudet Dominum.“

28^b [Variae annotationes.] „Ab Adam usque ad diluvium prima etas seculi, continens annos mille CCLVI . . .“ — „Si recte efferas, recte autem non dividas, pecasti. Gen. IV.; secundum aliam translacionem . . .“ — „Beata Anna, mater sanctissime virginis Marie tres successive maritos habuit . . .“ — „XII abusiones secundum Ciprianum . . .“

29^a—40^b **Orosius: Opus historiarum.** „Incipit textus historiarum Pauli Orosii presbiteri ad Augustinum episcopum. Ante annos urbis condite mille trecentos . . .“ × „militari manu interfectus est.“

41^a—66^b **S. Augustinus: De doctrina christiana.** „Ex prologo super librum s. Augustini de doctrina christiana. Sunt precepta quedam tractandarum scripturarum . . .“

67^a—124^a **Excerpta de historia scolastica.** „In principio creavit Deus celum et terram. Celum i. e. continens et contentum . . .“

125^a—132^b **[Expositio nonullorum capitulorum evangelii s. Johannis et s. Lucae.]** „Joh. VIII. Ihesus autem perrexit in montem Oliveti, et ab illo monte in Bethaniam . . .“

132^b—137^a **[Expositio Actuum apostolorum.]** „Actus apostolorum. Prologus . . .“

137^b—141^b **[Commentarius super epistolas canonicas.]** „Iste epistole dicuntur canonice . . .“

141^b—145^a **[Commentarius super Apocalypsim.]** „Apokalipsis i. e. revelacio . . .“

145b—147b **[Expositio cap. XII. Ecclesiastis, Canticorum cap. I., IV., V. et VI.]** „Sciendum est quod Ecclesiastes non est nomen proprium . . .“

In operculo inf. intrinsecus: „Anno Domini MCCCLXXVII mense Septembri dominus Karolus imperator destinavit me Conradum, decanum ecclesie Vissegradensis, ad dominum Gregorium papam . . .“ [Ed. Höfler, Geschichtschreiber I., 66,] — „Epistola beati Thome pro studencium infortacione. Quesisti a me qualiter oporteat intendere in thesaurum sciencie . . .“

1603 *O. XIX.*

chart., alt. dim. saec. XV, ff. 313, 21·8 × 15·5 cm, invol. antiq. simplex.

In operc. sup. intrinsecus contenta libri.

1a in marg. sup.: „Liber domini Johannis. Ex Bibl. S. Metrop. Ecclesiae Prag. 1713.“

1a—2a registrum.

